¶ Si loquamur de secundo mō habēdo habitū cū fide vt sciat quis exponere scripturam 7 pclusiones explicare 7 q̄ria soluere. talis potest esse maior in eccl̄ia. Tūc quero de tali. aut. n. exponit scripturam p scripturaz. scz vnū locum p alium 7 obscuz p manifestum. 7 habet maiorem certitudinē de scriptura exposita q̄ de exponente. ō qua expositione loquitur Augu. xi. de ci. c. 19. Quamuis itaq; diuine sermonis obscuritas etiam ad hoc sit vtilis q plures sententias veritatis parit. 7 in lucem noticie ꝓducit dum alius eum sic: alius sic intelligit. ita tamen vt quod in obscuro loco intelligitur vel attestatōe rez manifestarum vel locis minime ubiꝰ asseratur: siue cum multa tractant ad illud q̄z perueniatur quod sensit ille qui scripsit. hec ille. semp stat tamen q nō est maior certitudo de exposita q̄ de exponente. 7 ideo nunq̄ habet scientiaz ꝓprie. ¶ Si autem exponit p alias scientias ad quod vltimo deuenerunt doctores immiscendo phiam scripture sacre quod sine dubio multū valet. 7 pcipue methaphisicalia vt vitas scripture de trinitate 7 intelligentijs 7 abstractis intelligat: tunc dico q conclusio non hz maiorem certitudinem q̄ altera pmissarum que minus certa est. sicut in omni mixtione certitudo pclusionis est certitudo premisse minus certe. vt ex maiore de necessario: 7 minore de ptingenti nō sequit pclusio de necessario sed de cōtingenti 7 cum pmissa sumpta ex scptura nō sit euidens ex terminis sed credita igitur nec pclusio erit demōstrata generans sciam quāuis possit generare habitum aliū a fide. 7 sicut loquor de expositione sic loquor de ꝓtrarioz solutiōe quia solutio habet tantam certitudinē ex quāta ꝓcedit in accipiendo. q; si accipiatur de scriptura habet certitudinem quam dixi. si aliunde certitudinem quā habere potest tū scriptura cui innititur nunq̄ tamen certitudinem ex euidentia Siquis autem habeat intellectuz exponendi moraliter ad edificationem. ille habet explicationem intellectum q̄ quis scit sensum littere tantum. sed nunq̄ in tali expositione vel explicatione poterit aliquis demōstrare ex euidentia rei.

¶ Sed si loquamur de tertio modo habendi habitum cum

fide qualem. ſ. certitudinem habuerunt illi quibus ſcripture veritaſ ꝑmo reuelabatur. Dico q̄ omnem effectum quē potest deus facere mediāte causa effectiua 2ª potest facere immediate. nunc autem si res ipse de quibus scriptura tractat essent clare apprehense ⁊ intuitiue genera re noticiam certam absq; omni dubitatione. ⁊ hec noticia: quia euidens est oi ceretur scientia. sed deus absq; motione obiecti pōt sic causare noticiam certam absq; omi dubitatione. ita q̄ habens talem noticiam reuelataz a deo nō possit dubitare de veritate illius. cuiusmōi noticiam creditur ꝑphas habuisse. ⁊ multos alios sanctos in scriptura. ⁊ tales) habuerunt habitum prebentem magnum assensum. ita q̄ illo stante nō potuerūt non assentire veritati. illa tamē certitudo non fuit euidens ex euidentia rei: qz tunc ꝓtradictio esset q̄ huiusmodi noticia ⁊ fides simul starent. fuit tamen certitudo illa firma sicut est certitudo sciaalis que causatur ex p̄ncipijs notis ex euidentia terminoꝝ. sed non causabat a talibus p̄ncipijs sed aliunde. ideo scientia non potuit dici ex euidentia rei: fuit tamen maior certitudo q̄ certitudo fidei quia fides non excludit omnē dubitatōnem. sed aliqua dubitatio pōt stare cuz fide. Dico igitur q̄ cum fide stare nō pōt scientia ꝑprie dicta. quia termi non apprehenduntur in particulari sb̄ ꝑprijs rationibus. ideo p̄ncipia non sunt nota ex euidentia rei. ⁊ p̄ consequens conclusio non est scientifica. alias tota geometria ⁊ fides starent simul. habetur tamē cū fide a multis aliis habitus quo assentit veritati scripture firmit ⁊ nō vni veritati ꝓpter aliam: sed cuilibet ime diate. licet sit ordo in dignitate veritatum fm q̄ inter se ꝓpantur.

Ad primum. pro

prima opinione dico q̄ non plus ꝑbat nisi q̄ est scientia in se. quia sicut p̄ncipia sua essent in se p̄ncipia si possent reduci ad p̄ncipia simplr prima ⁊ nota ex euidentia terminoꝝ: ita sunt modo siue reducantur ab aliq̄ siue non. sed sicut sb̄ alternata nō eēt scientia nisi sua p̄ncipia possent reduci in p̄ncipia ꝑma nota ex euidentia terminoꝝ. sic non est huic scientia nisi iste possit eius p̄ncipia reducē in p̄ncipia ꝑma ex quibus demonstrantur quod nunq̄ potest: nisi sciat subalternantem. ⁊ sicut non essent p̄ncipia subalternate nisi essent ꝯclusiones demōstrate in scientia subalternante. ita nec esset isti p̄ncipia nisi essent demonstrata sibi in scientia subalternante. ita q̄ aliqs sciat perspectiuam nisi sciat geometriaz nihil est dictu. potest tamen habere opi. vel fidem de traditis in perspectiua sine hoc q̄ sciat geometriam. quia de eisdez potest esse fides opi. ⁊ scientia. sed non simul. Ad cognoscendum autem p̄ncipia huius habitus theologei sic vt ex p̄mis ⁊ immediatis illa demonstret: nullus attingit nisi comp̄hensoz. Ad 2ᵐ ꝓcedo q̄ perspectiua est scientia ⁊ perspectiua est sciens. Sed cum dicis q̄ aliqs potest esse perspectiuus nesciens geometriam: nego: quia nunq̄ est perspectiuus nisi sit geometer. Et cum dicis q̄ sūt distincti habitus verum est. sed sicut non potest esse habitus ille nisi causetur ex p̄ncipijs geometrie non imediate sed mediantibus conclusionibus ibi demōstratis ex p̄ncipijs euidentibus. ita ñ potest esse habitus huic homini nisi causetur in ipso ex p̄ncipijs illis: que habent certitudinem isti ex p̄ncipijs p̄mis notis in scientia superiori. Si igitur in se non est illa scientia nisi causetur a p̄ncipijs superioribus mediate tamen. ita nec isti est scientia: nisi causetur in ipso ex p̄ncipijs q̄ habent respectu sui euidentiam intellectus ex p̄ncipijs superioris scientie. Si autem scientia subalternata habet aliqua p̄ncipia p̄ma que non accipit a superiori scientia:

q̃tum est ex pte illoꝝ posset scire nō scita supioꝛe. sed hoc nihil ad ꝓpositū: qꝛ in hoc q̃ habet talia p̃ncipia nō est subalternata. Ad cōmen. dico q̃ inductio potest accipi ouplicit. Uno° put ē vna spēs argumētatōis fm q̃ loquit Boeti° de inductōne. Alio mō put inductō dicitur omis cognitio que oꝛitur ex sensu sicut p̃ncipia cognoscimus qꝛ terminos apprehēdimus per sensū. si p̃mo mō loquitur cōmentatoꝛ. dico q̃ inductio nō sufficit ad scientiā nec iō scitur vniuersale. quia ex particularibus deducit. vnde magis sequit scientifice. omne totuz est maius sua pte. igit hoc totū q̃ econuerso. s. hoc ꝛ illud totū. igit omne. vñ euidentia p̃ncipioꝝ in scia nō dependet ex singnlaribus. sed si nullū singulare esset cuz scia sit necessarioꝝ. adhuc staret vera scia. sed p̃ncipia sūt nota ex terminis apprehensis fm q̃ termini vltro se offerunt intellectui. ꝛ resolutio certitudinis stat in hoc q̃ ille est talis intellect' ꝛ hꝫ tales termini. Si 2°° loquitur. verū ē q̃ noticia p̃incipioꝝ dependet ex sensu. tn̄ nō sufficit quecunq; noticia terminoꝝ ad hoc q̃ cognoscant p̃ncipia esse ꝑma: seu talia ex quibus possit cōclusio necessaria cōcludi que habet generare sciam Sed requirit cognitio terminoꝝ sub ꝓ pꝛiꝫ rōnibus ex euidentia illoꝝ sed nō semp imediate ꝛ distincte. sed in aliquibus scientiꝫ sufficit noticia terminoꝝ cōfusa. sicut in subalternatis. sed requiritur q̃ eoꝝ cognitio cōfusa possit reduci in distinctā. Similiter scia natural' ꝓ ut p̃cedit methaphysicā habet suos terminos cōfuse notos. sed methaphysicus mediante diffinitione exꝑimit distincte noticiā illoꝝ. ꝛ tunc est perfectioꝛ quando est cum methaphysica.

Ad aliud ꝓ opi.

2ª q̃ hac scia nō possunt plurimi fideles ꝛc. Dico q̃ simplices credūt oia que ecclesia implicite. nec sciunt fidem explicare nec defendere. ideo illi qui hoc sciunt habent habitū distinctū a fide. sed nō in alio lumine q̃ sit fides. nec ille habitus innitit̃ p̃ncipiꝫ euidēter notis in aliquo lumine. isto tamē habitu non pollēt plurimi fideles. qꝛ ille habitus distinct' est a fide. nō tamē est scia vt describit a pho nec est scia habenti fidem. Ad omēs auctoꝛitates Aug. si essent mille de ista materia q̃ sit tale lumen in quo credibilia cognosci possunt vltra lumē fidei audiat eum. 15. de tri. c. vltio. Si incōcusse crediderūt scripturis sanctis tanq̃ verassimis testibus. agant oꝛādo. querēdo ꝛ bene viuendo. vt intelligant. i. vt q̃tū videri potest videant mēte quod videt fide. hoc est videndo concoꝛdiā vni' cū alio in scriptura sic ex cōfoꝛmitate intelligant vtrunq;. Si aliquis velit adducere Ric. q̃ nō deficiunt demōstratōnes de trinitate ꝑbanda. Dico q̃ veruz est. desūt tamē nobis rōes necessarie ex p̃incipiꝫ euidenti notis. ideo dicit phs i. thop. q̃ demonstratio vel est ex p̃mis sicut idem dicit p̃mo poster'. vel ex his que ex p̃imis ꝛ veris ꝛ imediatis fidez acceperūt. sed dico q̃ p̃ncipia que habemus hic nō acceperūt fidē quo ad nos: q̃uis simplr acceperint fidem sicut credimus ex p̃mis ꝛ veris ꝛ imediatis. iō n̄ possumus trinitatē demonstrare. ꝛ hoc vult Ric. ibidem. i. de tri. c. 4.

Ad primum princi

pale respondet Greg'. in homel. in octaua pasche di. q̃ aliud vidit ꝛ aliud credidit. vidit hominē ꝛ credidit deū. Sed cōtra hoc 2ᵐ argumentū. q̃ petruſ ꝛ Johannes viderūt illum hominē crucifigi ꝛ tamen ò hoc est articulus. Si tenetur q̃ omniū articuloꝝ sit vna fides: potest dici q̃ habuerūt fidem de aliꝫ articulis ꝛ ita credidissent ipm esse crucifixum si nō vidissent. sed exquo viderunt nō crediderunt ꝓ tunc nec vnq̃ postea recogitando illius crucifixionez habuerunt fi-

dem de ea. sicut nec dum viderunt intuitiue. habebant tamē habitū quo illud credidissent si non vidissent. ¶ Ad aliud dico q̄ quādo effectus sūt in aliquo simul incompossibiles. ⁊ cause eorum si mul sunt incompossibiles in causando. quia nō possunt simul causare. sed si altera causat alia nō causabit impedita a fortiori causa illius. cum igit scientia et opi. sint simpliciter incompossibiles in eodem de eodem: si aliquis habeat primo opi. de aliquo ⁊ superueniat demōstratio eorumpit opi. si enī ambe cause sint in eodem. s. medium dyaleticum. et demonstratiuū dyaleticum nihil faciet impeditū a medio demōstratiuo. ita q̄ nunq̄ effectus erunt simul. nec cause simul causabunt. ¶ Ad 4ᵐ patet ex dictis. q̄ habet habitum quo scit exponere sic vel sic distinctum a fide. sed nō habet scientiam descriptam a pho. ¶ Ad 5. dico q̄ si accipitur lumē vtrobiq; in genere suo perfectum bene procedit argumentū. ⁊ ideo in lumine glorie habet scientia de obiectis ꝓportionatis. sed sic argumentum procedit nihil valet. quia lumen naturale in quo habetur naturaliter est supremum lumē ⁊ perfectissimū in suo genere. lumen fidei est infimū inter lumina supernaturalia. ideo non sequit si in hoc potest haberi scientia ⁊ in illo. ¶ Ad aliud dico q̄ procedit de maioribus habētibus habitum quo assentiūt veritati reuelate tantū q̄tum homo in lumine naturali assentit p̄mis p̄ncipijs vel conclusioni ꝑbite ex illis que excludit omnem dubitationem. sed illa certitudo non fuit in eis ex euidentia obiecti ⁊ quāuis aliquis posset forte demōstrare deum non posse fallere nec falli. quia potest probari naturaliter: sicut potest probari deum esse. non tamen potest sciri nec probari ab aliquo q̄ deus dederit nobis lumē supernaturale in quo de reuelatis non possumus falli. sed hoc credimus: quia dare tale lumen dependet ex mera voluntate dei. hoc tamen oportet ad hoc q̄ in lumine supernaturali haberet scientia ex euidentia rei. ¶ Ad aliud concedo: q̄ in credibilibus est aliquod primum ⁊ immediatum ⁊ necessarium. s. q̄ hic deus sub ꝓpria ratōne est trinus in personis ⁊ vnus in eēntia hac sub ratione huius. sed ad illam propositionem immediatam non attingimus. quia nec terminos sub propr̄ijs rationibus eorum intelligimus. sed solum in cōceptibus vniuersalibus in illis propr̄ijs conceptibus inclusis virtualiter. vnde noscimus trinitatem fm q̄ abstrahit a trinitate in numeris vel in rebus corporalibus numeratis. ⁊ concipimus deum non sub propria ratōne eius in se. sed in ratione entis ⁊ cause ⁊ sic de alijs conceptibus generalibus in quos deuenimus ex conceptibus communibus sibi ⁊ creature. Sed ad conceptus proprios dei in se. sicut est deitatis trinitatis personarum ⁊ vnitatis nature non deuenimus in via clare nec confuse. sed intelligimus in communi quid essentia: ⁊ quid persona. ⁊ postea credimus ibi esse tres personas ⁊ vnam essentiam in tribus. non igitur deuenimus in credibilibus ad aliq̄ propositionem immediataz. quāuis aliqua sit talis in se. aliter nulla posterior esset. ⁊ ideo scientiaz de credibilibus nō habemus. sed oportet resoluere omnez conceptum quem nos habemus in plures conceptus partiales anteq̄ deueniretur ad conceptum simpliciter primum de essentia ⁊ personis.

Qrca istam

25. di. in qua magister agit de fide quantum ad eius sufficientiā querūtur duo. Primo. Utrū ante christi aduentum fuerit fides necessaria de his que modo credimus. Secūdo posset eē questio a quo fides habeat

fuam vnitatem. Circa primuz arguitur q non. Exod.3°. dixit dominus ad Moysen. Ego sum deus Abrahaam.deus Jacob.7 nomen meum adonay.hoc non indicaui eis. Moysi igitur aliquid ostendit deus quod non ostendit alijs. igitur alij non tenebantur ad habendū fidem de omnibus de quibus Moyses habuit fidem:qui tamen fuit in eadem lege cum eis.igitur multo minus tenebātur ad habendū fidem de his de quibus nos habemus fidem:cum simus alteri' testamenti. Preterea:ante christi aduentum non fuit necessarium homi credere quod angeli ignorauerunt. quia intellectus angeli excedit intellectum hominis.sed angeli ante christi aduentuz 7 predicationem ecclesie non nouerunt incarnationem christi quā modo nos credimus.ergo.Minor patz per apostolū ad Eph.3°.vbi dicit q sacramentum incarnationis christi fuit absconditum pncipibus 7 potestatibus in celestibus: et per ecclesiam eis innotuit. Et Esa.63°. Querunt angeli .quis est iste qui venit de ebdon.t.v.de bosra. Preterea ad perfectam obedientiam sufficit implere que precipiuntur cum pmptitudine implendi alia si preciperent. igitur ad perfectam fidem sufficit credere quod explicatur credendum cum voluntate credēdi alia si explicarentur sibi.sed ante christi aduentum non fuerunt tot credibilia reuelata quot modo sunt a nobis credita.non enī fuerunt tunc sacramenta nouе legis instituta.nec protunc fuerunt reuelata multa contenta in nouo testamēto que nō continebantur in veteri testamento.ergo. Contra.pro omni statu fuit necessariū homini diligere omia dilgibilia ex charitate.quia cuilibet necessarium fuit charitatem habere.7 charitas in quocunqz gradu ad omnia diligibilia se extendit. ergo similiter pro omi statu necessaria fuit fides respectu omnium credibilium. qui charitas non perficit sine fide.

Ad questionez pri

mo videndū est que fides fuit necessaria viatori pro omni statu.2° videndum est de actu fidei.an.s.aliquis act' fuerit necessarius pro omi statu:7 quis.3° an actus aliquis fuerit necessarius circa eadē credibilia circa que ē necessarius p nūc De primo dico q fides infusa fuit necessaria homini saluando pro omni statu.quia sicut anima non est accepta deo nisi ornetur 7 perficiatur per charitatez quo ad voluntatem. sic non accepta' tur a deo nisi perficiatur habitu supernaturali quo ad intellectum.7 sicut potentie ille sūt naturaliter ordinate.qz intelligere precedit velle.sic in perfectionibus.quia prius natura perficitur intellectus supernaturaliter q̄ voluntas.licz simul duratione. ista autem supernaturalis perfectio qua anima determinate assentit vero 7 credit verum:est fides infusa.sicut igitur necessarium fuit homibus ante christi aduentum habere charitatem.sic 7 habere fidem.non q sit cō tradictio ea separari.quia separant modo in via.manet enim modo fides infoz mis sine charitate. 7 in patria manebit charitas sine fide. sed quia deus de lege ordinata quā statuit nō perficit animaz nisi perficiat eam fm totum. ideo nō p ficit voluntatem charitate:nisi perficiat intellectum fide. ex vno igitur credito. s.q credimus fidem infusam esse in nobis qua assentimus.simpliciter vero cōcludimus fidem fuisse in patribus ante christi aduentuz Sed posito q sic habuerint fidem infusam :videndus est an actus fidei fuerit necessarius pro omni statu.7 dico pmo in generali q sic actus virtutum moralium fuerunt necessarij cuilibet saluando:sicut act' affirmatiui necessarij qui obligant semper.sed nō p semper:sed pro aliquando.quādo.s.cōcurrunt debite circūstantie.s.quādo pp

quid sic oportet ꝛ quō ꝛc. ꝛ sicut actus virtutū thelogicarū sunt p̄o aliquādo necessarij. quia actus virtutū moralium non ordinant in finē nisi per actus theologicarum. vnde quilibet tenetur diligere deū p̄o omi statu si habuerit vsum rōnis. ꝛ hoc p̄o aliquādo. quādo. s. circumstantie debite diligendi deū concurrunt. ita eodem modo dicendū est de actu fidei. q̄ habēs vsum rōnis p̄o omni statu tenetur credere in vnū deū factorē celi ꝛ terre. ꝛ hoc p̄o aliq̄ñ. Sed habito in generali q̄ actus fidei necessarius fuit p̄o omni statu in habente vsum rōnis. videndū est p̄imo circa que credibilia. ꝛ ꝓpter hoc videndū est circa q̄ credibilia sit modo necessarius actus fidei. Circa quod sciendū q̄ si articuli distinguantur q̄tum ad ipsa credita: sic sūt. 14. articuli. Si autē distinguant fm numerum illorum qui p̄mo articulos distinxerūt. sic sunt. 12. fm numerū. 12. apostolorum. Si p̄mo modo tenet: aut articuli fidei sunt de deo tantū. aut de deo rōne nature assumpte. Si p̄mo modo hō conuenit tripliciter. quia aut de deo ratione nature vel essentie. ꝛ sic habet hic articulus. Credo in vnū deū. aut ratōne personaꝝ. ꝛ sic sunt tres articuli fm q̄ sunt tres persone. P̄imus. Patrē oipotentem. Scōs. ꝛ in Jhm xp̄m filiū eius vnicū dñm nostꝝ. Tertius. Credo in. s. s. aut rōne effectus dei. ꝛ sic sunt. 3. articuli de deo p̄mo q̄tū ad creationē. Creatorem celi ꝛ terre. 2° quantū ad gratificationem. remissionē peccatoꝝ. 3° q̄tuz ad glorificationē. carnis resurrectionem. et vitam eternaz. ꝛ sic habent. 7. de deo ratione dei tantū. aliqui tamen includunt opus creatōnis in p̄mo articulo quod pertinet ad vnitatem essentie. ꝛ vltimū op̄ diuidunt in duos articulos. s. carnis resurrectionē dicentes vnum articulū. et vitam eternam aliuz. Sed p̄imo dicest melior. quia apostolus ponit vnum articulum de creatōne per se ad Hebre. 2. Fide intelligimus aptata esse secula verbo dei vt ex inuisibilib' visibilia fierent

Articuli pertinentes ad deum ratione nature assumpte sunt etiam 7. P̄imus pertinet ad conceptionē. qui conceptus est de. s. s. 2° ad natiuitatē. natus est ex Maria virgine. 3° ad passionē. passus sub pōtio pilato. 4° ad descensionē ad inferos. descendit ad inferna. 5° ad resurrectionem. tertia die resurrexit a mortuis. 6° ad ascensionem. ascendit ad celos ꝛc. 7° ad iudicium. inde venturus est iudicare viuos ꝛ mortuos

Dorum articulorum. Petrus in vnū complexus est dicens. Credo in vnum deum quantum ad vnitatem essentie. Patrem omnipotentem. quantum ad omnipotentiam patris. Creatorem celi ꝛ terre. q̄tū ad opus creatōis. Johānes posuit articulum de persona filij. articulos de conceptione ꝛ natiuitate p̄iunxit Jacobus zebedei in vnum articulum. ō passione posuit andreas. de descensu ad inferos Philippus. resurrectionē Thomas. ascensionem Bartholomeus. aduentum ad iudicium Matheus. de persona spiritus sancti Jacob' alphei. op' gratie dixerunt duo apostoli. Nam Simon posuit effectum gratie quo ad collationem boni. s. sanctam ecclesiam catholicam sanctorum communionem: Judas iacobi quo ad mali remotionē. s. remissionem peccatorum. effectuz glorie posuit Mathias. vel fm aliqs Thomas. Sed est ne necessarium habere actum circa omnia hec vel aliqua eorū dico q̄ necessarium fuit p̄o omni statu habere actum implicitum de omnibus tunc enim habetur actus implicite quādo habetur habitus. Sed habere solum talem actum non sufficit. sed in habente vsum ratiōis requiritur actus distincti or ꝛ explicitus. sed non requiritur necessario in quolibet p̄o isto statu. scilicet q̄ omnes illos articulos explicite ꝛ distincte credat. quia deus nullum obligat ad

impossibile. ⁊ ideo si sit aliquis rudis q̄ nō possit concipere quid ē natura ⁊ q̄o psona nō est necesse q̄ habeat actum explicitum de articulo ptinēte ad essentie vnitatem ⁊ personaꝝ trinitatem distincte sicut habent clerici lr̄ati. sed sufficit q̄ si nō p̄t talia intelligere quia nec terminos q̄ credat sicut ecclesia credit. quilibet tamē habens vsum rationis tenet ꝑ aliquādo ad aliquē actum explicituꝫ ⁊ maxime ad illa que sūt grossa ad capiendum. sicut q̄ christus natus est. ⁊ passus ⁊ alia que ptinent ad redemptionē.

¶ Sic igitur oīes tenent ad aliquem actum explicitū ꝑ aliquādo. ⁊ ad alios in generali vt scz credat quod eccl̄ia credit. sed ad omnia credenda explicite tenentur maiores in ecclesia qui p̄ficiunt alīs ⁊ tenentur aliquos in fide instruere verbo veritatis ⁊ exemplo honestatis ⁊ de huiusmōi loquit̄ Aug̃. .i4. de tri. c.i. Aliud est scire tm̄modo quo hō credere debeat ꝓpter adipiscendam vitam beatam que nō nisi eterna est. Aliud est scire quēadmodum hocipsuꝫ ⁊ pīs opitulet̄ ⁊ contra impios defendat̄. q̄ est maiꝝ in ecclesia. aliter cito deficeret fides simpliciū. maiores igitur qui h̄nt alios instruere tenentur fidem explicitā habere de omnibus ⁊ ꝑ tempore illa q̄ credenda sunt alīs explicare ꝑm capacitatem eorum.

Sed hic occurrunt

q̄dam dubia. Si. n. simplices non tenēt̄ur de necessitate oia credibilia explicite ⁊ distincte credere vt dictum est. igitur nō tenentur quemlibet errorem ꝓtrariū articulis cauere. nō. n. tenent oppositus illius cauere cuius oppositū non tenent agnoscere ⁊ ita posset aliquis licite cadere in errorem repugnantem alicui articulo.

¶ Preterea si sufficiat simplicib⁹ habere fidem explicitam de aliquibus ⁊ de alīs implicita: ⁊ tunc si ille cui incūbit instruere simplices predicaret aliq̄d oppositum fidei posset simplex licite adherere doctrine eius credendo tanquaꝫ verum aliquid falsum. ⁊ tunc esset fidelis ⁊ infidelis: fidelis quidem. quia non tenetur actum explicitum habere de articulo contrario. infidelis quia credit aliquid esse verꝫ quod repugnat fidei.

¶ Preterea. videt q̄ maiores in eccl̄ia non tenent explicite credere magis q̄ alīq̄ minores. quia ō necessitate salutis nō tenetur vnus plus q̄ alius nisi ad plus obligetur. sed nō obligatur aliter ad credendum maiꝝ q̄ minoꝝ. quia oīes obligantur in baptismo ad credendum vbi oīes equaliter obligātur igitur nō magis explicite tenetur credere vnus q̄ alī⁹

¶ Ad p̄mum istoꝝ nego ꝓsequentiam p̄mā. quia quilibet simplex tenet cauere nō solū oēz errorem ꝓtrarium articulis numeratis. sed etiā oīe qō est p̄riū veritati scripture. s. canonis biblie. quia ñ posset aliquis ptinaciter adherere p̄rio alicuius veritatis in biblia quin iudicaretur hereticus.

¶ Et cū arguis nō tenet ad cauendū errorem nisi teneat ad credendum explicite eius oppositum. Dico q̄ hec ꝓsequētia nō valet. sicut pz i moralibus alīs. qz tenet cauere q̄libet oīe peccatū mortale ⁊ tamē nō tenet scire ⁊ cognoscere explicite in quo gradu superbia est peccatum mortale. vl̄ gula. quia nec multi experti in scientia sciunt hoc. sed circa hoc sunt altercationes.

¶ Dico tūc ad ꝓpositum q̄ aliqua sūt q̄ cōmuniter p̄dicant in eccl̄ia. ⁊ talia sūt necessaria simplici ad credendū explicite. s. q̄ xp̄s natus ē de v̄gine Maria. q̄ fuit crucifixus ꝑ redemptōe generis hūani. sed si sit aliq̄d credendū qō tm̄ nō p̄dicat cōiter in eccl̄ia. sed predicat spēaliter in vno loco de nouo. non est necessarium simplici credere illō adherēdo illi firmit̄ tanq̄ vero. imo necessariū est magis illi non adherere quousq̄ sciat illud credi ab ecclesia tanq̄ verum. ⁊ cum hoc sibi constiterit: tenetur illi firmiter adherere

ſicut in moralibus quando ſunt alterea
tiones de aliquo peccato quãdo primo
eſt mortale. vt ſi vnus peritus in ſcia di
cat q̃ nõ licet ſic mercari. ⁊ alius dicat:
q̃ liceat tutius eſt nõ ꝓcedere ſic nec ſic
ſz expectare quouſq; veritas pateat alí
unde. Si enim ita eẽt q̃ vnus doctor di
ceret aliquẽ peccare mortaliter niſi ſic fa
ceret: ⁊ alius q̃ peccaret ſi ſic faceret. tũc
ſimplex fozet perplexus. iõ bene vidẽdũ
eſt in moralibus anteq̃ aliquid aſſeraf.
⁊ per hoc patet ad 2ᵐ. Ad 3ᵐ dico. q̃
maiozes tenenf ad credenduz magis ex
plicite ⁊ ad veritatẽ ſcripture magis in
telligẽdã q̃ ſimplices. ſed nõ in hoc q̃
obligauerũt ſe in baptiſmo vt procedit
argumentũ. ſed in hoc q̃ curam anima
rũ ſuſcipiũt. exquo enim ſunt in ſtatu al
tiozi q̃ ſimplices. ideo obligant ſe ad íl
luminandũ alios. ⁊ per conſequens ad
veritatem ſcripture capiendã ⁊ explici
te credendã omnes igitur tenẽtur ꝑ quo
libet ſtatu ad fidẽ mediatozis poſt lap
ſum hominis. quia nullus ſaluaf niſi ſit
membrũ eccleſie poſt lapſũ. qõ non eſt
niſi in fide mediatozis. ſicut patz ꝑ apo
ſtolum ad Heb. x. Diffuſe. ⁊ per Hug. ò
ſa. li. i. Preterea. ſicut creator eſt prin
cipium eſſendi in natura condita. ita et
redemptor eſt principium reparatõnis
in natura lapſa. ſed nullus poteſt recrea
ri ſine recreatore vel redemptore. ſic nec
eſſe ſine creatore. ſicut igitur fides de cre
atore ſemper fuit neceſſaria ad ſalutem
ita fides redemptoris ſemper fuit neceſ
ria ad ſalutem poſt lapſum humani ge
neris. ſed illa fides de mediatore põt eẽ
explicita. ſicut q̃ dei filius deus ⁊ homo
redimeret genus humanũ ꝓpter hoc q̃
naſceret de virgine ⁊ moziretur in cruce
ſed ſic explicite credere in redemptorem
non fuit neceſſe ꝓ omni ſtatu. ſed hoc
idez potuit credi magis confuſe. ſ. q̃ de⁹
ordinaret aliquã viam redemptõnis. ſz
q̃ hoc fieret per filiũ ſuũ incarnatũ: vel
per angelũ. vel hominẽ purũ nõ fuit ne
ceſſe credere. ſed ſic generalr credere fu
it neceſſariũ omni homi ad ſalutẽ. Sed
habentes legẽ moſaycã tenebantur cre
dere magis explicite q̃ nõ habẽtes. quia
ipi habuerũt fidem redemptozie magiſ
explicite traditã in ꝓphetis ⁊ pſalmis.
Ad actum autẽ fidei duo concurrũt
neceſſario. ſ. habitus inclinans determi
nate in verum. ⁊ ipſa credibilia aliquo
modo preſentia. credibilia enim nõ ſunt
preſẽtia in habitu. ideo requirit doctor
qui aliquo modo ipſa explicet. ſ. de⁹ vel
aliquis alius. quilibet igitur tenetur ad
tot credenda ex habitu q̃ credibilia ſunt
ſibi explicita ab aliis ſcientibus. et quia
null' in veteri lege habuit tot ſibi expli
cita quot habemus nos in lege noua. iõ
nullus tenebatur ad tot explicite creden
da. ⁊ ſi alis habuerit ſibi tot reuelata
vt forte Abzaam tenebatur illa credere
⁊ alis credenda explicare ꝓ captu mẽ
tis ſue ꝓ ſtatu illo.

Vltimo uidenduz

eſt. vtrum actus antiquozum fuerit de
eodem credibili de quo eſt noſter actus
⁊ loquor de actu credendi in redempto
rem. Qui dicerent q̃ idem verum eſt ò
preſenti. de preterito. ⁊ de futuro. dice
rent q̃ ſic. ⁊ quia eadem fuerunt extre
ma ſimplicia credita. igitur eadem fuit
vnio extremoruz. ⁊ ideo idem credibile
fuit quod antiqui crediderunt futurum
⁊ quod nos credimus preteritum. quia
⁊ ipſi crediderunt redemptorem ventu
rum. ⁊ nos credimus iam veniſſe. Ali
ter tamẽ ꝑt dici q̃ eadẽ ꝓplexio nõ eſt ſi
mul vera ⁊ falſa. nec ſimul contingẽs et
neceſſaria. ideo nec eſt formalr eadez cõ
plexio cum dicitur modo ⁊ credit a no
bis: xp̃s natus eſt. quia hec eſt vera nũc.
⁊ hec: xp̃s naſcitur eſt. eſt mõ falſa. Si
militer ꝑma eſt nõ contingẽs. qz de ꝑte
rito. 2ª erat contingẽs. qz dependebat ex
libera dei voluntate. nõ eſt igif eadez cõ
plexio de redemptore quã crediderunt

antiqui: ⁊ quā credimus nos. pōt tamē dici eadem cōplexio materialr: ⁊ eadem vnio terminoꝝ si abstrahitur significatum cōplexionis a mō significandi quā ipsi crediderūt ⁊ quā no) credim' modo de redemptore. vt. s. concipiat significatum nomialr ⁊ nō verbaliter. sic cursus vt concipit sine tpe cōsignificato per verbum ꝓteriti temporis ⁊ futuri: ⁊ abstrahitur cōplexio ab oīi mō significandi cū tpe. Silr si intelligit cōplexio sic ꝓ aliquo instante determiato ⁊ abstrahat illud instās a respectib' ad tps ꝓteritus ⁊ futurū. qz hi' respect' nō includunt in rōne instātis. tūc eadē complexionē poterūt ipi concipe ⁊ ꝑ eodē instāte quā nos credim' de redemptore. qz tñ ꝯplexiones nō sunt formalr eedē nisi ꝯcipitur significatū cū mō significādi. ⁊ mod' significandi rōne verboꝝ est cōsignificare tps. iō nō est formalr eadē ꝯplexio quā crediderūt antiq de mediatore. ⁊ quam nos credimus modo. sed ipi xp̄m nasciturū. nos xp̄m natū. ⁊ vna est modo falsa ⁊ alia vera vna mō necessaria de ꝓterito. alia tunc cōtingens de futuro.

Ad primum princi

pale cōcedo ꝙ actus credēdi dependeat ex duobus. s. ex habitu inclināte. ⁊ ꝓsentia credibilis. qz nō sūt pntia in habitu. ⁊ ideo sine doctore ⁊ reuelatore nō tenētur simplices ꝺbus nō erāt tot credēda explicita tot credere sicut Moyses. nec Moyses forte sic tenent modo maiores in ecclesia. qz tot credibilia nō erant sibi reuelata. oppositō mō est de scia. qz hñs habitū scie eo ꝙ generat ab obiecto sic a ptiali causa hz obiectū sufficiēter pnō ꝙuis nō ex vi habitus. sed ꝑ spēs q̄ manent ꝙdiu manet scia. ideo pōt ꝯsiderare qñ vult. ⁊ in ptāte eius est post sciam habitā ꝯsiderare quodcūqz contentoꝝ in habitu. nō sic est de fide: pz. nec sufficit ꝺcunqz occursus credibiliū ad intellectū ad hoc ꝙ habitus inclinet in actū firmiter eliciendū. sicut patz de baptizato nunc cui si statim occurrāt fantasmata illoꝝ termioꝝ mozi ⁊ resurgere. ⁊ cōponat apud se mortui resurgent nō credet nisi pus sibi constiterit per aliquē ꝙ sit articulus credēdus. iō necessario req'ritur cū fide infusa fides acquisita in auditu. ¶ Ad 2m dico ꝙ ꝙuis cōiter ꝑus illuminent angeli ꝙ homies de fiendis. hoc tamē nō est necessariū. sed pōt deus aliter ordinare. vt ꝑus reuelet aliq̄d hominibus per infusionē fidei ⁊ credendoꝝ reuelationē ꝙ angelis. ideo nō valet ꝓña. angeli nō cognouerūt incarnationē ante xp̄i aduentū. igit nec homes crediderunt eam. ⁊ ꝙ dicis ꝙ angelus est ꝙ spicatioris intellectus. nihil est ad ꝓpositū. qz ꝓcedit de cognitis nāliter. tñ angelus qui annūciauit eam nouit ipaz antea ꝙ esset completa. ¶ Ad aliud cōcedo ꝯclonem modo dicto in pede. q. credo tamē ꝙ nō sunt aliqua in nouo testamēto que nō pnt extrahi de veteri i aliquo sensu allegorico vel tropologico. vl anagogico. tamē nō oīa concipiunt in sensu histoie. ⁊ lre in ve. te. ¶ Ad aliud in oppositū potest dici ꝙ accipit falsū. s. ꝙ quilibet tenet ꝑ omni statu diligere oīa diligibilia ex charitate. qz Saluator dicit in Math. Audisti qz dictū est antiquis. dili. a. tuū: ⁊ odi. ha. ini tuū. ergo videt ꝙ nō tenebant inimicos diligere. tñ posito ꝙ sic. dico ꝙ tenent oēs implicite diligere sed nō explicite. sicut ñ tenētur omēs omia diligibilia explicite cognoscere. ⁊ sic tenent oēs implicite omia credibilia credē. ¶ Preterea dico ꝙ nō est simile. qz fides est in intellectu subiectiue. Et si obꝯcitur ꝙ aliquis potest credere nolens. qz que sūt in intellectu ꝓcedunt velle. dico ꝙ nō seqtur. quia actus credendi dependet ex duobus. s. habitu inclināte. ⁊ credibili ꝓsentato. nō quocū qz sed ꝓsentato tanꝙ credibile. ⁊ sic cōit nō pntatur nisi per doctrinā. ⁊ adhuc si sic ꝓsentat: nō necessario credit intelle-

ctus vt sic credere p̄cedit velle. quia p̄o ponens credibile intellectui non demon strat ita vt cogat intellectū ad assentiendū: ideo nō credit nisi volens. q̄uis aūt voluntas sic habeat imperiū sup actuz credendi: non tamē habet imperiū sup oppositum actum stante fide. vt intellectus dissentiat credibili p̄posito per imperium volūtatis. sed solū potest impedire intellectū ne exeat in actum suū credendi elicitū circa credibilia p̄posita.

IXta hoc posset queri. Utruz ad hoc q̄ fides sit in intellectu necesse sit aliquē habitum infusū esse in voluntate. ⁊ dicunt aliqui q̄ sic. quia vt dicunt: intellectus p̄o statu isto non mouetur nisi a duobus. s. ab obiecto ⁊ voluntate que est vniuersalis motor. ⁊ credibile non est ita efficax vt moueat ipm intellectū ad assensuz. ideo ad hoc q̄ intellectus assentiat oportet ipm a voluntate moueri. sed a voluntate moueri nō potest ad assentiendū alicui supernaturali: nisi in volūtate sit aliquis habitus supernaturaliter inclinans ad illud volendum. sicut ergo requirit in intellectu habitus supernaturalis ad assentiendū ita ⁊ in voluntate vt velit ipsum assentire. ¶ Preterea. ad hoc q̄ actus dependens a duobus agentibus sit perfectus: necesse est principale agens perfici supernaturaliter. vel tantuz vel plus sicut instrumentale. sed volūtas respectu actus credendi est motor principalis. intellectus autem instrumentalis. igitur si habitus supernaturalis requiritur in intellectu ad hoc q̄ assentiat: magis requiritur in voluntate habitus supnaturalis ad hoc ut moueat ⁊ velit ipsum assentire. Sed contradictionē non video quin intellectus si fieret mere per se ⁊ haberet obiectum p̄sens posset intelligere vel credere sibi p̄sentato.

Ideo dico ad argumentū q̄ actus credēdi est ab obiecto p̄sente sicut ab efficiente actum. nō sic aūt est a voluntate. aliter si volūtas esset cā actus credendi ⁊ p̄poneretur intellectui astra esse paria: nulla persuasione facta: posset voluntas imperare intellectui credere determinate astra esse paria. et hoc nihil est. sed oportet obiectum habē cālitatem super actum. nec volūtas mouet nisi moueat obiectum. tunc dico q̄ credibilia vt sunt p̄sentia in se: siue in fide acquisita vel infusa. lz hoc vltio mō nō sufficiāt ad mouendū intellectū ad actū sed voluntas vt dicis simul mouet. ⁊ verum est p̄o quāto mouebat ad acquirēdum fidez acquisitā. Sed posita fide acquisita: credibili p̄nte: potest intellectus per habitū infusū credere. dūmodo voluntas nō cōtramoueat. nec plus requiritur. ⁊ esto q̄ requiraē motio positiua voluntatis etiā sufficit voluntas ad sic mouendū in puris nālibus. quia posito vero supnāli p̄nte intellectui posz volūtas mouere intellectū ad intelligendū illud dūmodo in intellectu esset habitus inclinans intellectū in illud. sicut ē in p̄posito. Et qñ dicis q̄ principale agēs oz esse dispositiuū. dico q̄ sicut in istrumēto artificiali sufficit acuties ad hoc q̄ virtus motiua moueat ipm ad scindendum. nec requiritur similis dispositō in p̄ncipali mouente vel dispositio illi p̄oportionata. s. in virtute motiua. ita ḃ ad hoc q̄ voluntas moueat intellectum ad credendū credibile sufficit dispositio intellectus. ⁊ nō est necessariū supnālez dispositionē p̄portionalē illi poni in volūtate. nec ad hoc q̄ diffozmiter operetur per instrumentū requirit talis dispositō p̄portionalis in voluntate q̄lis est in actu credendi pfectiozi ⁊ minus pfecto: sed sufficit p̄portionalis dispositio in intellectu differens fm q̄ gradus differentes in perfectione sunt in actibus.

AD secundū quēsitum potest dici. q̄ q̄libet habitus intellectualis habet vnitatem ex vnitate sui primi obiecti in quo habitus virtualiter continetur sicut in sua causa partiali. sic Geometria dicitur vnus habitus ex vnitate linee. in qua linea omnia alia que deducuntur in scientia illa virtualiter cōtinentur mediatius vel imediatius fm q̄ se habent ad illam. tamē si alia explicita in scientia considerent sub proprijs ratōnibus in se non autē vt ptinentur i aliquo vno pmo subiecto: forte tot sūt habitus quot conclusiones distincte spē sunt demonstrate. nō potest autem dici q̄ fides infusa habeat vnitatem ex obiecto primo scz deo. quia deus nō mouet in ratōne obiecti ad cognitionē omniū credibilium: nec in deo vt in obiecto cōcipiuntur omnia credibilia. vt ex illo ꝺ̄duci possunt. licet ptineat omnia vt causa effectiua omnium ideo oportet dicere q̄ habeat vnitatem vel ab vnitate reuelantis credibilia. quia omnia respiciūtur a fide vt reuelata a deo. ⁊ hec formalis ratō est vna in omibus fm opi. ꝺ̄. dictam. vl̄ q̄ habeat vnitatez in se formaliter ex se ipsa. quāuis illam effectiue habeat a deo ⁊ nō habeat vnitatem ex aliquo vt obiecto. sicut scientie causate ab obiecto.

AD ſt autē spes.

Circa istam. 26. di. in q̄ magister agit de spe. queritur vnū Utrum. s. spes sit virtus theologica distincta a fide ⁊ charitate. Q̄ nō. q̄ nulla passio est virtus. spes est passio ex p°. ethi. g̃. Preterea. nulla virtus theologica determiat medietatē duaꝝ malitiaꝝ spes determiat tale mediū g̃. pbatō maiozis. quia vbicūq̄ est mediū duaꝝ malitiaꝝ ibi pōt esse defectus ⁊ excessus. sz intendendo in deum p̄ desiderium non potest esse excessus. sicut pz in alijs vtutibus theologicis. non. n. potest homo nimis credere in deū vel diligere deum pbatio minozis. quia spes determinat medium inter presumptionē ⁊ desperationem. sicut inter duas malitias. Preterea virtus theologica nō est in nobis nisi a deo immediate infundēte illam. sed absq̄ infusione dei ꝓuenit hr̄e spem respectu eozum respectu quoꝝ ponitur cōmuniter: pbo. quia p̄ spem acquisitā cōuenit sperare ꝓmissum hominis veracis. igitur multo magis p̄ spem acquisitam cōuenit sperare ꝓmissum dei q̄ ē sūme verax. Preterea. duo pfectibilia respectu eiusdem obiecti numero sufficienter pficiunt duabus pfectōnibus. sz in anima nō sūt nisi due potentie pfectibiles respectu obiecti increati. s. intellectus ⁊ voluntas. igitur sicut intellect⁹ sufficienter pficitur vno habitu q̄ est fides talis obiecti: ita ⁊ voluntas respectu eiꝰdem sufficienter pficit vno habitu qui est charitas. igitur nō erūt nisi due virtutes theologice. Q̄ si dicatur esse. 3. ptes imaginis. ⁊ fm eas tres requiri habitus eas pficientes. Contra. quia due ptes imaginis ptinēt ad intellectū. ⁊ vna sola ad voluntatē. igitur si fm illam ꝺ̄. requirent duo habitus: duo habit⁹ theologici ponerent in pte intellectiua: ⁊ vn⁹ solus in voluntate. qō est manifeste falsum. quia spes fm aliquos non ponit esse virtus intellectualis. Contra. 2ª ad Cor. 13. Nunc autem manēt fides spes charitas tria hec.

In ista questione

fundamētū ē auctas Aplī ia dicta cuī initiū facti tractā° ꝺ̄ illa mā. tñ si auctas ptēpneret innitēdo rōi nāli tm̄ cū sz eā pfalitas sit vitāda vbi ñ apparz necitaꝫ ponēdi pfalitatem. ⁊ i ꝓposito nō videatur cē necitas ponēdi tertiā vtutē theologicā distictā a fide ⁊ charitate. negaret spez cē vtutē distictā a fide ⁊ charitate.

Hoc probat. quia voluntas eadē vtute disponit sufficiēt ad velle ordinatuz 7 nolle ordinatū. ꝓbo qz nō pōt esse ordinatū nolle nisi respectu eiꝰ cuius oppositi est ordinatū velle. qō confirmat per illud. i. de aia. Rectū est iudex sui 7 obliq. Eodē etiā sufficiēt disponit ad amādum bonū pñs 7 desiderandū bonū absens. Hoc etiā ꝓbat rōne. quia eodē tendit aliquid in terminū nō habitū: 7 qđ scit in habito. Et aucte Aug. 9. de tri. c ulti. Appetitus inhiātis fit amor fruēdi igit si sit aliqs habitus q̄ voluntas sufficiēter disponit ad ordinatū velle respectu frui. uel respectu boni pñtis. ille sufficiet ad omne velle ordinatū qō est desiderare. 7 ad omne nolle ordinatū. sed ꝑ solā charitatē sufficiēter disponit volūtas supnāliter ad amandū omne diligibile uel fruibile pñs. g̃ ista minor ꝓbat quia amicicia acq̄sita sufficit ad omne velle ordinatū circa amicū. 7 ꝫ tam ad velle desiderū q̄ ad velle qō ē amare ꝑ sens. q̄ etiā ad nolle qō ē oppositū amico. sed nō est minus sufficiēs amicicia infusa quantū ad multitudinē obiectoz̄ q̄ amicicia acq̄sita cū charitas ꝑ latitudinem se extendat ad omnia diligibilia ex charitate. g̃ Tenēdo ꝓclusionē istā posset dici q̄ spes aggregat in se q̄dāmō duas virtutes. s. fidē 7 charitatez. actus enim spei qui est expectare includit certitudinē. 7 hec certitudo ptinet ad intellectū 7 fidē. includit etiā desideriū qō ptinet ad voluntatē. 7 si sit desideriū meritoziuz ptinet ad charitatē q̄ pficit voluntatē. sicut igit expectatio pfecta 7 meritozia includit certitudinē intellectuꝰ 7 desideriū volūtatis ordinate. ita spes ut virtus pfecta diceret includere ꝑ quandam aggregationē fidem 7 charitatē. 7 fm hoc poneret virtus tertia nō formaliter nec simpliciter. sed fm q̄ aggregat formaliter in se duas. Quia tamē desideriū nō habiti pōt esse voluntatis sine charitate: 7 totus actus spei 7 ipsa spes pōt esse in formis. ideo melius videt eē ponendū q̄ spes intm̄ cōuenit cū fide q̄ non est alia virtus. Non enim est alius habitus formaliter vniuersalis 7 particularis. sicut patet in omnib⁹ habitibus intellectualib⁹. sed fides est respectu vniuersalis. qz fide teneo omnē iustū finaliter esse saluandū. 7 spes est respectu particularis. qz spe teneo me iustū finaliter esse saluandū. igit non est alius habitus huiꝰ 7 illius Cōfirmat. qz desperās nō dicit odire sed diffidere nec persuadet ut amet uel optet. quia optaret si crederet illud esse possibile. sed ꝑsuadetur ut credat illō eē possibile a se attingi. Scōm hoc diceret fides esse oium articulozuz reuelatozū ptinētiū ad quascūq̄ personas 7 ad quecūq̄ tpa. Spes aūt est quedam fides. quia de reuelatis ptinentib⁹ ad seipsum qui habet fidē. 7 tm̄ ptinētibus ad futura. nec illa specificatio variat habitū. sicut nec in alijs habitibus intellectualibus. sed est idē habitus specificationē quandā hñs ex parte obiecti. nō g̃ ponit tertius habit⁹. sed fides quātum ad quedā. puta quantū ad futura ptinētia ad ipsum credentez: dicit spes. cū tm̄ fides se extendat ad psonā credentem 7 ad alias Q. si dicat futuritionē in aliq̄ variare obiectū. 7 ita distinguet spem ab alijs virtutibus Cōtra. ꝓmo quia idē est habitus vniuersalis 7 particularis. sicut patet in omnib⁹ habitibus intellectualib⁹. cū igit de ista. omis finaliter iustus saluabit sit fides. igit 7 ō ista ego si sim finaliter iustus saluabor. est fides Secūdo qz si futuritio sit formal⁹ ratio obiecti. g̃ spes nō est virtus theologica. quia non respicit eternū ꝓ obiecto scōm hoc sed aliquid tēporale. quia tēporalitas esset formalis ratio obiecti. Tertio si futuritio requirat ꝓpriū habituz: pari ratione 7 preteritio. 7 ita non erit idem habitus fidei de preteritis 7 futuris Qui teneret viam istaz posset dicere q̄ sicut in anima sunt due po-

tentie nate attingere deū in ratione obiecti. ſ intellectus ⁊ volūtas: ⁊ hoc p actꝰ illcitos ab eis. ita ⁊ ſufficienter pficitur vtraq; potentia vnico habitu reſpectu vnius obiecti ⁊ ita ſicut intellectus ſufficienter pficit reſpectu illius obiecti per habitū fidei infuſum. ita ⁊ volūtas per charitatē ⁊ ſaluarent dicta de ſpe. quia eſt tertius habitus includens p aggregationem hos duos habitus. uel probabilius q̄ eſt quedā fides particularis reſpiciens bona futura ab illa pſona attingenda. ⁊ quo ad hoc diſtinguit a fide abſolute ſūpta q̄ indeterminate reſpicit oēs pſonaſ ⁊ oia credibilia quozūcūq; tēporum. Alia illa nō placet. quia videt obuiare auctoritatibus ſanctozū innitentibus dicto Pauli. quere.

Alio modo poſſet

dici q̄ cū ꝓtingat exceſſiue ſperaſ bonū futurū. ſicut patet in pſumente ⁊ diminute: ut patet in deſperāte. illa paſſio q̄ eſt ſpes indiget moderamine ⁊ per ꝓns ille habit' moderatiuus cuz ſit reſpectu obiecti eterni: qō cōſequit ſperans: pōt eſſe habitus theologicus: ⁊ vocat ſpes. quia p hoc intelligit habitus moderās paſſionē quo ds tēdit in bonū eternum conſequendū. Cōtrā hoc obꝫcit. quia tunc ſpes eſſet virtus moralis: nō theologica. q; virtus moderatiua paſſionū moralis eſt. quilibet n moralis pfectus indiget oibus habitibuſ reſpectu paſſionū que nate ſūt eſſe diminute uel exceſſiue. ⁊ tūc eēt alicꝫs timor infuſus qui tñ nō eſſet virtus theologica. q; nō eſſet reſpectu boni increati. ſz reſpectu mali tm̄ habitus aūt theologicus eſt reſpectu boni increati.

Alio modo dicitur

quere. 8. quodlibet. h. q. 15. q̄ ſpes diſtinguitur a charitate. licet habeant pficere eandē potentiā. ſ. voluntatē. quia ſpes ē in iraſcibili. charitas in cōcupiſcibili. ⁊ illa nō ſolū in appetitu ſenſitiuo: ſz etiā in volūtate diſtinguit. qō ꝓbat quadrupliciter. Primo p obiecta. nā obm̄ concupiſcibilis eſt bonum delectabile. obm̄ aūt iraſcibilis eſt bonū arduū. bonū delectabile eſt bonū concupitū a ꝓcupiſcēte ꝓpter cōmodū eius. bonuz arduū dicitur bonū appetitū q̄ volūtas appetit ſupare oia ſibi ꝓria. ſed iſte due ꝓditiones que ſūt eiuſdē boni ſub eadem rōne obiecti nō tm̄ ſūt ꝓditiones boni ut nūc ſed etiā boni ſimpliciter. igit nō tm̄ ſunt boni ut eſt appetitus ſenſitiui. ſed etiam ut eſt obm̄ volūtatis. ſic igit iſte due cōditiones accītales diſtinguūt iraſcibile ⁊ cōcupiſcibile nō tm̄ in appetitu ſenſitiuo ſed etiā in volūtate. Secūdo ſic. iraſci eſt actus ſolius iraſcibilis. ꝓuenit aūt iraſci nō tm̄ ex paſſione q̄ eſt in appetitu ſenſitiuo: ſed etiā que eſt in volūtate. Iraſci. ⁊ nolite peccare. in pſal. igit actꝰ ille eſt reſpectu volūtatiſ. ⁊ ita iraſcibilis erit in voluntate. Tertio ꝓbat hoc ex cōpatione diuerſozū actuū adinuicem. q; ꝓcupiſcibili volūtatis in ꝓtēplatione deſcente qñq; inſurgit volūtas ad ipugnandū vitia impedientia contēplationem. ⁊ ſic impugnando impedit ꝓtemplationē. nulla aūt eadē vis habet actū impeditiuū ſui ipſius in actu principali igitur cōcupiſcibilis que querit delectari nō inſurgit expugnando per quaz expugnationē impediat a ſua delectatōne igitur eſt alia vis. Quarto declaratur hoc p actus diuerſos ptinētes ad iraſcibile in appetitu ſenſitiuo. quere in. h. q; omnes illi actus vident eque neceſſarij in volūtate. igit qua rōne ponet iraſcibilis in appetitu ſenſitiuo: pari ratione ⁊ in volūtate. Addit q̄ concupiſcibilis ē principalis potentia. iraſcibilis aūt eſt quedam vis eius: ſicut in ſenſitiua oēs paſſiones iraſcibiles oriunt ex paſſionib⁹ cōcupiſcibilis ⁊ terminant ad eas: ſic in voluntate iraſcibilis eſt ꝓpugnatrix cō

cupiſcibilis. Contra illã opi. arguo. ⁊ primo cõtra primã rõnem que procedit de obiecto. ⁊ quia illud de bono arduo poſſet male intelligi. quero q̃d intelligit̃ per bonũ arduũ. aut bonuꝫ abſens. aut nõ ſolũ hoc ſed excedens facultatẽ potẽtie. aut tertio bonũ appetibile .i. amabile excedens oĩa alia ſibi p̃ria. Si primo modo. igit̃ iraſcibilis non erit in patria ⁊ per ꝓſequens ſpei non ſuccedit tentio. quia oporteret q̃ tentio eſſet in eadẽ potentia ⁊ vi cũ ſpe. quia ſuccedit ſibi. In patria enim non erit bonũ deſiderabile abſens. Si ſecũdo modo. igit̃ in deo nõ eſſet iraſcibilis. quia nulluꝫ eſt obiectuꝫ excedens reſpectu eius. igit̃ nec tentio. cõſequens eſt falſũ. quia non videt̃ negandum q̃ in deo ſit tentio reſpectu ſui ipſi⁹ igitur ⁊ antecedẽs. ſ. q̃ in habentib⁹ ſpẽ ſpes ſit habitus iraſcibilis. Si tertio mõ ſic male ponitur bonũ arduum obiectũ ſpei diſtinctũ contra obiectũ charitatis quia charitas inter omnes virtutes maxime reſpicit deum ſub ratione appetibilis. quia ſub ratione boni infiniti.

Preterea aut intelligit̃ appetibilitas iſta i obiecto aptitudinaliter aut actualiter. Si aptitudinaliter. quia. ſ. aptum natum ſit appeti. hoc maxime pertinet ad obiectũ charitatis. qu a ut dictuꝫ eſt charitas reſpicit deũ uel obiectũ ſuum ſub ratione infiniti in ſe. Si actualiter hoc eſt quia voluntas ſic appꝛeciat. tũc male aſſignatur appꝛeciatio iſta eſſet ratio obiecti potẽtie. vel vis: quia ipſa appꝛeciatio actualis eſt. quia volũtas per actum ſuum appꝛeciatur tm̃ obiectum. hec autem appꝛeciatio paſſiua actualis ſequit̃ in obiecto rationẽ formalem obiecti. formalis autẽ ratio obiecti alicui⁹ potẽtie vel vis precedit naturaliter actũ illius potentie. vel vis. igit̃ talis appꝛeciatio non poteſt eſſe ratio formalis obiecti talis potentie. vel vis. Preterea actus adequatus iraſcibilis eſt iraſci. ſicut actus adequatus intellectus eſt intelligere. ſed iraſci non poteſt reſpicere ꝓ obiecto bonũ arduum aliquo predicto rum modoꝝ. quia iraſci eſt appetẽ vindictam ſiue punitionem: ut dicit. ij°. rethoꝝ. nullum autẽ appetere reſpicit ꝓ obiecto uel puram punitionẽ uel ipſuꝫ punibile. quia neutrũ eſt appetibile. igit̃ iraſcibilis nõ reſpicit arduum. ⁊ hec ratio improbat ſecundã rationẽ. ꝓ opi. predicta. quia ſi iraſci eſt actus iraſcibilis. ex hoc ſequit̃ q̃ nõ diſtinguitur a cõcupiſcibili per rõnem boni ardui diſtincti a bono delectabili. Cõtra tertiam rõnem arguit̃. quia ſi illud qõ natũ eſt impedire delectationẽ alicuius potentie per actũ poſitiuũ ſit expugnãdũ per aliquem actũ ad hoc ut potẽtia quiete delectet̃. tamẽ qõ natũ eſt impedire tm̃ priuatiue nõ oportet expugnare poſitiue. ſed tm̃ priuatiue. ſ. fugiendo. Sed actus vicioſus nõ impugnat nec impedit poſitiue delectationẽ ordinatã cõcupiſcibil̃. quia nõ ſimul inſurgit talis actus quaſi impediẽs actũ ꝓcupiſcibil̃. igit̃ nõ oportet actũ illuꝫ expugnare niſi tm̃ priuatiue. ſ. ne talis actus inſit. Sed cuius ẽ cõcupiſcere obiectũ honeſtũ: eius eſt fugere obiectum inhoneſtũ. igitur concupiſcibilis expugnat. Preterea in iſta op. primo ponitur q̃ concupiſcibilis nõ ꝓpugnat. quia illa pugna impedit ꝺlectationem. ⁊ poſtea narrando dicitur q̃ cõcupiſcibilis defenditur per iraſcibilem. ne in ſua delectatione perturbetur. iſta videntur duo oppoſita. q̃ ſcilicet potẽtia ꝓpugnans impediat concupiſcibilem. ⁊ q̃ non impediat ſed ſaluet. eaꝫ in delectando. Ex iſto etiam improbat

Quarta ratio qua aſſignantur illi diuerſi actus in iraſcibili. poſſet etiam argui q̃ aliqui iſtoꝝ actuum non cõueniant iraſcibili ſaltem in parte ſenſitiua que non habet actum circa futurum ut futurũ eſt. Qõ additur in p̃ma rationẽ q̃ cõcupiſcibilis appetit aliquid ꝓcupitum a ꝓcupiſcẽte ut cõmoduꝫ ſibi: nõ

videt ꝑbabile. quia in deo nō negat cō/cupiscibil. sicut nec delectatio perfectissi/ma. ⁊ tamē nō cōcupiscit aliquid tanq̄ cōmodū sibi. ¶ Quantū ꝫ ad h. an i vo/luntate sit irascibilis ⁊ cōcupiscibilis ꝑt dimitti dubiū usq; ad di. 34. Et si debe/ant poni in volūtate poni vident ꝑpter di. virtutū moraliū ꝑficientiū volunta/tem. nō aūt ꝑpter di. virtutū theologi/carū spei ⁊ charitat. sicut ponit ista op.

¶ Preterea sicut vis ꝑsupponit poten/tiam ita ⁊ obiectū eius. igit actus ipsius vis includit actū potētie circa obiectū eius ⁊ aliquid additū. sed istud additū vniuersaliter est nobilius. apparet i om/nibus actib⁹ ꝓnibus ⁊ addentibus sibi inuicē. igit si irascibilis est vis ⁊ cōcupi/scibilis est potētia. actus spei erit simpli/citer nobilior actu charitatis.

illius obiecti sicut modo apprehẽdim⁹: h° saltẽ certum videtur q̃ volũtas diuina necessitatur simpliciter ad volendum bonitatẽ ꝑpriam. Et si querat an necessario velit aliquod aliud obiectũ ab eo posset dici q̃ exclusa necessitate coactionis de qua non est sermo potest itelligi vna necessitas immutabilitatis que excludit posse oppositum succedere ei qõ ineſt. Alia est necessitas omnino de ineuibilitatis siue determinationis que nõ solum excludit oppositum posse succedere isti: sed omnino excludit ipsum posse ineſſe. loquendo de sola prima necessitate. de⁹ necessario vult quicquid vult quia non potest succedere oppositum ei quod ineſt neq; ex parte actus neq; obiecti. quia hoc nõ posset esse sine aliqua mutatione in deo: cum obiectum eẽ volitum non ponit aliquid extra ipm deũ ⁊ non potest de non volito fieri volitũ. vel econuerso quin sit mutatio in aliq̃ non enim est transitus a contradictorio in contradictoriũ nullo aliter se habẽte quia tunc nõ esset ratio quare illud cõtradictorium magis esset verum modo q̃ prius. ⁊ quare illud falsum. Sed de secunda necessitate posset dici q̃ licet necessario voluntas diuina habeat actum complacentie respectu cuiuscunq; intelligibilis. inquantum in illo ostenditur quedam participatio bonitatis proprie tamen non necessario vult quodcunq; creatum volitione efficaci siue determinatiua illius ad existendum. immo sic vult contingenter creaturam fore. sicut contingenter eam causat. quia si necessario hac secunda necessitate vellet eam fore necessario etiam necessitate ineuitabilitatis eam causaret: saltem pro tunc pro quando vult eam fore.

De secundo articulo principali dico q̃ cum necessitate ad volendum stat libertas in voluntate. h°

probatur primo per auctoritates. ꝑma est Aug⁹. in enche. que dicta est supra. Sic enim oportebat prius fieri hominem vt bene posset velle ⁊ male nec gratis vel frustra si bene: nec impune si male. hoc est in statu illo primo meretur: vel demeretur. Et sequitur. Postea vero si erit: vt male velle non possit. nec ideo libero carebit arbitrio: mlto quippe liberius erit arbitrium quod omnino non poterit seruire peccato. ⁊ sꝫdit ãsi pro ꝓbatione. neq; culpanda est voluntas: aut voluntas non est: aut libera dicenda non est. qua beati sic esse volumus vt esse miseri non solum ꝟolumus sed nequaq̃ velle possumus. sicut igitur anima nostra nunc habet nolle infelicitatem. ita tunc nolle iniquitatem semp habitura est. Item Anſ. de libe. arbi. c. ꝑmo. Qui sic habet quod decet ⁊ expedit vt hoc amittere nequeat liberior est q̃ ille qui sic habet hocipsum vt possit perdere. Et ex hoc cõcludit. liberior igitur est voluntas que a rectitudine declinare nequit. Idem probatur per rationem: ⁊ primo quia ita est. nam ex precedente articulo habetur q̃ voluntas diuina necessario vult bonitatem suam. ⁊ tamen in volendo eam est libera. igit̃ ⁊c. probatio minoris. quia potẽtia operans circa vnum obiectum non absolute licet in ordine ad aliud eadem est operatiua circa vtrunq; obiectum. sicut arguit phus in .2°. de anima. q̃ illa potentia qua cognoscimus differentiam vni⁹ obiecti ab alio obiecto ipsa nata est cognoscere vtrunq; obiectum in se. sicut ip se arguit ibi de sensu cõmuni. nunc autem voluntas ipa diuina refert ad finẽ alia obiecta que suut volibilia ꝑpter finem. igit̃ ipsa sub eadẽ rõne potentie est opatiua circa vtrũq;. sed circa illud qõ est ad finem libere operatur. ꝑz q̃ cõtingenter vult illa ⁊ contingentia in agendo reducitur ad primum nõ naturaliter

actiuum sed libere. igit ipa sub ratione potentie libere vult bonitatem suam. Preterea .2°. pbatur idem ppter quid ⁊ pmo sic. actio circa finem vltimum est actio perfectissima. ⁊ in tali actione firmitas in agendo est perfectionis. igitur necessitas in ea non tollit. sed magis ponit illud quod est pfectionis cuiusmodi est libertas. ¶ Preterea ꝺditio intrinseca ipsius potentie vel absolute vl in ordine ad actum pfectum non ꝛpugnat pfectioni in operando. nūc autez libertas vel est ꝺditio intrinseca voluntatis absolute vel in ordine ad actum volendi. igitur ipsa libertas potest stare cum conditione perfecta possibili in operando. talis conditio est necessitas specialiter vbi ipsa est possibilis. est enim semp possibilis vbi neutrum extremum requirit cōtingentiam in operatione que est media inter extrema. sic est in ꝓposito. sicut pbatum est in precedenti articulo. ¶ Si queras. quomodo stat libertas cum necessitate. R°. fm phm. 4° metha. nō est querenda ratio eorum quoꝝ non ē rō. demonstrationis enim ꝓncipij non ē demonstratio. ita dico hic. ꝙ sicut ista est immediata ⁊ necessaria voluntas diuina vult bonitatem diuinaz: nec est alia ratio. nisi quia hec est talis voluntas: ⁊ illa talis bonitas. sic voluntas diuina cōtingenter vult bonitatem seu existentiā alterius. ⁊ hoc quia est talis voluntas ⁊ illud est tale bonum nisi addamus gnāliter vnum breue. ꝙ volūtas infinita necessario habet actum circa obiectū infinitum buia hoc ē pfectionis: ⁊ pari rōe nō necessario habet actū circa obiectuz finitum. quia hoc esset impfectionis nā impfectionis est necessario determinari ad posterius ⁊ pfectionis requisite ē sic determinari ad prius. ⁊ pfectionis concomitantis ad illud quod est simul natura. ¶ Confirmatur illud. quia nō est eadem diuisio in principium naturale ⁊ liberum. ⁊ in principium necessario actiuum ⁊ contingenter. aliquod. n. pōt contingenter agere quia potest impediri. igitur pari ratione possibile est aliqō liberum stante libertate necessario agere: Sed semper est dubium in quo stat per se ratio libertatis. siue. n. dicatur ꝙ stat in indeterminatōne ad agendū siue in dñatione respectu actus. neutrum. n. videtur posse saluari. ¶ Dic diceret ꝙ cum dicitur voluntatem necessario velle necessitaꝫ potest determinare actū volendi vt terminatur ad obiectum. ⁊ sic est verum manifestum intelligendo ō bonitate diuina que sola est ꝓpriuz ⁊ per se obiectum. alia aūt non sunt p se obiecta ꝓpria. ideo non necessario vult illa. aut potest necessitas determinare actuz vt egreditur a voluntate. Et hoc potest intelligi dupliciter. vno modo vt sit necessitas prcuia ad voluntatem. ⁊ voluntas intelligatur cadere sub necessitate tā quā impellēte in actum ⁊ figente in actu si sic esset voluntas ageretur ⁊ nō agerz nec staret in tali actu libertas. Alio mō potest intelligi necessitas ꝓcomitans: ita ꝙ ipa intelligatur cadere sub voluntate sic ꝙ voluntas ꝓpter firmitatez libertatis sue sibiipsi necessitatem imponit in eliciendo actum ⁊ in pseuerando siue figendo se in actum. inspiratione ꝓcomitatur necessitas nature. quia vis quedā nature ꝓmo. mō dicte. i. essentie siue nature 2° modo dicte. s. principij naturalis ꝓductiui simílis. talis. n. assistit voluntati in cōicando naturaz spiritui sancto. Est igitur ordo quadruplicis necessitatis. ꝑma qua deus necessario viuit. 2ª qua necessario intelligit. 3ª qua necessario spirat. 4ª qua necessario diligit se. ¶ In quo igitur est libertas volendi R°. quia delectabiliter ⁊ eligibiliter elicit actum ⁊ pmanet in actu. ¶ Contra fm Ric. glozioſus est quod fm naturaz habetur ꝙ quod aliter habetur R° ꝙ ex necessitate nature habetur velle. non necessitate tamen nature, habet obiectū

quia esset ꝓtradictio. igit in ista ꝓpositō ne que est de dicto deū se velle esse necessarium patet distinctio q necessitas potest determinare actū volēdi sic vel sic. scz absolute vel cū respectu ad obiectuz sed nō eque apparet in ista. deus vult necessario que est de re. tamē eadem vitas est cōmunis q necessitate nature habet actus. sed nō vult obiectum necessitate nature.

De tertio principali

dicit. q in aliquo actu volūtatis diuine scz in actu spirandi. s. est aliquo mō necessitas naturalis. sic intelligēdo volūtas vt est simpliciter voluntas nō est ꝑncipium elicitiuum actus notionalis quo ꝓducitur simile in forma ipsi producti. quia tūc in quocūq esset: esset ꝑncipiū elicitiuū actus quo produceret simile in forma quod falsum est in creaturis.

Sed voluntas vt est in nā diuina: z vt sic per illaz habet quandā naturalitatez ad ꝓducendum actum notionalem. sic est ꝑncipium elicitiuū actus notionalis Ex hoc enim q fūdatur in natura diuina siue in essentia habet sibi annexam quandam vim nature. z sic quandā necessitatem naturalem ab ista nālitate siue vi naturali annexa voluntati contrahit. z sic est principium elicitiuuz actus notionalis. licet enim in actu volūtatis vt ordinatur in summum amatū ab ipsa sola voluntate ratione qua est libera sit necessitas immutabilitatis tamē in ꝯtum actio volūtatis ordinat in amorez productum tendentē in amatū termina liter sic ab illa naturalitate annexa voluntati procedit, necessitas immutabilitatis circa solum actum notionalem elicitum a voluntate vel potius ab ipsa libertate volūtatis vt ei talis naturalitas est annexa. Addit ad hoc q illa naturalitas in volūtate: nullo modo preuenit eius libertatem. nec est ratio elicitiua actus notionalis. hoc. n. esset omino cōtra eius libertatem. sed potius est ꝓsecutiua z annexa libertati vt aliquid quo assistenti voluntati. voluntas ipsa ex vi ꝯ habet ex eo q est volūtas z libera pōt elicere actum suū notionalem quem sine illo assistente elicere omnino nō posset. Sunt igitur aliter z aliter iste ꝓpositiones in diuinis necessarie. deus necessario viuit. quia necessitate nature. de necessario intelligit. quia necessitate intelligibilis determinantis intellectū ad hoc: vbi est aliqua diuersitas ratōis de necessario spirat. s. quia necessitate naturali non ꝓueniente sed concomitante deus necessario amat se. necessitate consequente infinitatem libertatis absq aliqua necessitate nature. Contra istō nō videt q illud quod fundatur in aliq possit habere rationem aliquā necessitatis vlteriorem vltra illud in quo fūdatur. nec etiam q fundatū posset habere duplicem rationem necessitatis. z illud in quo fundatur tm̄ vnicam. quia tunc circūscripta per impossibile vel possibile illa vnica ratione necessitatis in fūdamento adhuc remaneret alia ratō necessitatis in fundato. z ita illud fundamētum remaneret necessarium. z tamen non remaneret necessitas fundamenti.

nunc autem fm istos actus notionales fundatur in actu essentiali. z fm omnes actus essentiales aliquo modo sūt ꝓpositi igitur non pōt esse q in actu essentiali quo de⁹ diligit se sit tm̄ vnica necessitas z ex vnica ratione necessitatis scz ex infinitate libertatis. z tamen q in actu spirandi sit cum hoc alia ratio necessitatis scz naturalis. Preterea. sicut memoria perfecta in supposito ꝓueniente ē ꝑncipium perfectum ꝓducendi verbum perfectum. sic videtur q voluntas perfecta in supposito vel suppositis ꝓuenientib⁹ sit perfectuz ꝑncipium producēdi amorem pfectum. sicut igitur memoria i patre est principiuz gignendi filium sic voluntas in patre z filio est ꝑncipiū spiran

di spiritūsanctū. nec videtur vltra ratio nem perfecte memorie vel perfecte volū tatis coassistentia alicuius esse necessaria. sic q illa nō assistente nō posset voluntas in actum spirandi ꝛ memoria i actum dicendi. ¶ Si intelligeret assistē tiam esse vt obiecti ad potentiam: forte illa requiritur tam in memoria q̄ in voluntate ꝛ magis forte ad hoc vt p actū ꝓmunicetur natura q̄ ad hoc vt actus sit necessarius. quia principioꝝ illorum scz obiecti ꝛ potentie vtrunqꝫ per se ē ratio ꝓprie necessitatis in eliciendo actuꝫ suum vt suus est. sed forte non vtrunqꝫ per se est ratio pfecta consb̄stantialitatꝭ termini ad tm̄ ꝓducens. ꝛ tunc veruꝫ esset q nō requiritur talis assistentia ad actum essēcialem. quia licet ibi requiratur obiectum nō tamē vt principium cōmunicādi suam ꝓpriam perfectionem.

¶ De isto articulo potest dici q non est hic difficultas accipiēdo naturam extēsiue ꝓut extēdit se ad oīe ens. sic. n. dicimus naturam volūtatis immo extendendo ad nō ens dicimus naturam negationis. Sic enim extensiue loquendo necessitas i ente quocunqꝫ posset dici necessitas naturalis. ꝛ tūc cum volūtas saltem diuia ex sua perfecta libertate habeat necessario aliquod velle. ista necessitas perfecte libertatꝭ potest dici isto modo necessitas naturalis. Sed difficultas nō est nisi accipiendo naturam magis stricte: ꝓut scz natura ꝛ libertas sūt prime differētie agentis vel principū agendi quomodo loquitur phūs 2° phisicoꝝ. vbi diuidit causam actiuam i naturam ꝛ ꝓpositum. Eorum iquit que fiūt ꝓpter hoc. i. ꝓpter finem cuiusmodi sūt omia que fiūt a per se causā: alia quidem fm ꝓpositum alia vero nō fm ꝓpositum. ꝛ paulo post sūt autem ꝓpter hoc quecūqꝫ ab intellectu vtiqꝫ agūtur. ꝛ quecūqꝫ a natura. ꝛ reducit ad istas duas causas per se duas causas per accidēs. scz casum ꝛ fortunam. de hac distinctōe loqr 9°. metha. c. 4°. distinguens modū quo potentie actiue ratōales ꝛ irratōales diuersimode exeūt in actus suos tales inquit scz irratōales potētiaꝫ necesse ē quā do actiuum ꝛ passiuū approprinquātur hoc quidem facere. illud autem pati. illas vero scz ratōnales nō necesse est ꝙple hoc facere ꝛ illud pati. de hac distinctione loquitur Aug. 5°. de ciui. c. 9° est causa fortuita. est naturalis: est volūtaria ꝛ declarat ibi membra. ¶ Ista diuisio ꝓncipū actiui diuersis nomibus exp̄mitur nō solum apud diuersos: scz etiaꝫ apud Arist. vt patet ex 2° phisicoꝝ. vbi p̄misit fm ꝓpositum ꝛ nō fm ꝓpositū ꝛ subdit ab intellectu. ꝛ a natura. ꝛ in 9° metha°. ratōales ꝛ irratōales potētias. per ista tria nō fm ꝓpositum ꝛ a natuā ꝛ potētie irratōalis intelligit ꝓncipium actiuū quod communiter dicimus naturam. per alia tria intelligit illud aliud ꝓncipium actiuum i quo concurrūt respectu actus extrinseci ꝛ intellectus ꝛ volūtas. sed vtrūqꝫ istoꝝ per se acceptū habet suū ꝓprium modū ꝓncipiandi: intellectus quidē per modū nature. vñ ad suū ꝓprium actum compatus natura ē sicut filius in diuinis ꝓducitur per modum nature. licet eius ꝓncipium ꝓductiuum sit memoria. volūtas aūt semper habet suum modum causādi ꝓpriū scz libere. ꝛ ideo quādo concurrit cū intellectu vt in ꝓductōe artificialium totū dicitur ꝓduci libere ꝛ a ꝓposito. quia ꝓpositum est ꝓncipale ꝛ immediatum ꝓncipium illius productionis extrinsece. si autem quandoqꝫ concurret potētia naturaliter actiua cum ipsa volūtate. sic ē de potentijs inferioribus quib⁹ vtimur ad agendū licet actio proprie vt est huius principij sit per modum nature. tamen quia totum subiacet volūtati. ió libere vtimur ꝛ dicimur libere agē a principali agēte. ꝛ hoc modo loquit. 9°. metha°. vbi vult q vltra intellectum req̄rī tur aliquod determinans vt appetitus.

alioquin simul faceret ꝓtraria. nam ipa sciētia simul cōtraria ostēdit. ⁊ ipa quā tum est ex parte sui esset ꝓncipium per modum nature. ⁊ necessario q̄tum ē ex parte sui causaret quodlibz respectu cuius est in potētia. ¶ Ille inquit ꝓtrario rum quare simul facerent ꝓtraria. hoc ē impossibile. necessarium ē igitur alterū adesse quod ꝓpositum ē. hoc est determinans ad vnū oppositoꝝ. ⁊ subdit: dico autem hoc appetitum ⁊c. ¶ Ad ꝓpositum dico: q̄ licet aliquod ꝓncipiuz posset ꝓcurrere i agendo cum voluntate puta fm aliquos obiectū. fm aliqs intellectus. ⁊ illud ꝓcurrens quātum ē ex se sit naturaliter actuum. tamē volūtas per se loquēdo nunq̄ est ꝓncipium actiuum naturaliter. quia esse naturaliter actiuum vt esse libere actiuum sūt prime differentie ꝓncipij actiui. ⁊ volūtas vnde volūtas est ꝓncipium actiuū libere. ñ magis igitur potest volūtas esse naturaliter actiua: q̄ natura vt est ꝓncipiū distinctum contra volūtatem pōt esse libere actiua. ¶ Sed querit vnde est q̄ voluntas licet necessario agat non tamē naturaliter agit. cum nō possit natura magis esse determinata ad agendum. q̄ q̄ sit necessitata ad agere. ¶ Rñdeo. oīe agēs naturale. vel est omnino primū vl si est posterius erit ab aliquo prioze naturaliter determinatum ad agendum. volūtas nūq̄ potest esse agens omnino ꝓmum: sed nec potest esse determinata naturaliter ab aliquo agente superioze. quia ipsamet est tale actiuum q̄ seipsam determinat in agendo. sic intelligēdo q̄ si volūtas aliquid necessario velit: puta a non tamen illud velle causatur naturaliter a causante voluntatē etiam si naturaliter causaret voluntatem. sed posito actu ꝓmo quo voluntas est voluntas si ipsa sibi relinqueretur posset contingenter habere vel non habere hoc velle. tamen seipsam determinaret ad hoc velle

Quando igit dicitur q̄ naturale ꝓncipium non potest magis determinari q̄ q̄ necessitetur. ¶ Respondeo. licet necessarium sit summe determinatum: quo ad exclusionem determiationis ad vtrū libet. tamen aliquod necessariū aliquo modo est magis determinatum q̄ aliō sicut ignem esse calidum. vel celum esse rotūdum est determinatum a causante vel oante simul esse celi ⁊ rotunditatem sed graue est determinatū ad descensuz nō habito actu descendēdi ab ipo gnāte sz tm̄ hito ab ipo ꝓn̄ naliter ordermiato ad descendendū. voluntas cāta si necessario vult aliquid non sic est determinata a causante ad aliud velle: sicut graue ad descensum. sed tantum a causāte habet ꝓncipium determinatiuum sui ad hoc velle. ¶ Si autem queratur q̄re si descensus causatur a grauitate itrīseca tunc graue mouet se: qnare igitur non libere eque sicut voluntas. sed ad illud velle: respectu cuius ipsa voluntas est ratio necessaria causandi. ¶ Respōdeo illa causatio grauitatis est naturalis ista libera. quia hoc est hoc ⁊ illud est illud ¶ Breuiter igitur posset dici. q̄ esse forme ⁊ modus essendi agere ⁊ modus agendi sunt immediata ideo sicut nō est alia ratio: quare hoc habet talem modum essendi nisi quia est tale ens. sic nō est aliqua ratio quare hoc habet talem modum agendi. puta libere vel necessario. nisi quia est tale ꝓncipium actiuum sz liberum vel necessarium. ¶ Ad argumentum in contrarium dici potest. q̄ intentio augustī. est ibi arguere cōtra Ciceronem qui negauit ꝓscientiaz dei ne ex illa ꝓscientia concessa oporteret eum negare liberum arbitrium nostrū. Augustinus autem docet qualiter ꝓscientia dei ⁊ liberum arbitrium simul stant sic arguendo ¶ Si inquit deo certus est ordo causaꝝ. qđ concessit ipe Cicero. subdit Augustinus. Et ipse quippe

nostre voluntates in causaz ordie sunt quoniã humane volũtates humanorũ operum cause sunt. atqz ita qui omnes rez causas prescivit profecto in eis causis etiam nostras voluntates ignorare non potuit. Et post. quo igitur ordo cãrum prescienti deo certus id efficit vt nihil in nostra sit volũtate cum in ipsarũ causaz ordine magnũ habeant locũ nostre voluntates. ¶ Etiaz in sequenti. c. nõ pterea nihil in nostra volũtate est: qz deus prescivit quid futurũ eẽt in nostra voluntate. non enim nihil prescivit sed aliquid. z illo prescience est aliquid i nostra voluntate. Respondendo aũt vult ostendere quomodo simul stant necessitas illa quam in prescito requirit prescientia: z tamen qz prescitum sit in nostra potestate. hoc quidem non esset verum si esset ibi necessitas violentie ỏ qua ait etiam si nolimus efficit quod potest. sic est necessitas mortis. sed si est necessitas qualiscunqz de qua solemus dicere. necesse est vt ita sit aliquid: vel vt ita fiat aliquid non opoꝛtz timere qz talis necessitas si ponat in actu nostro prescito nobis auferat libertatem. quia ista necessitas prescientie vel presciti vt presciti. z si sit necessitas imutabilitatis: non est tamen simpliciter necessitas ineuitabilitatis siue omnimode determinatõnis. sed tantũ ineuitabile ex suppositõne ista qz illud est iam prescitum. ¶ Et ad ostendendum qz non qualiscunqz necessitas tollit libertatem subdit illud ex quo argutum est. neqz z vitam dei z prescientiaz zc. si precise oꝛisset z prescia3 facile essz videre qualiter illã non ponimus sỏ necessitate que repugnet libertati. quia libere z contingenter prefit hoc. licet supposito qỏ prescíat immutabiliter prescíat. Et eodem modo est de actu meo prescito. qz licet sit immutabiliter prescitus tamen contingenter ex parte dei prescitis. z similiter relinquitur contingentia ex parte mei exequentis. Sed difficiliuz est qz addit vitam z prescientiam. Sed ibi potest esse duplex responsio. vna qz vita accipiatur ibi pro actu beatifico. sicut accipitur vita Joh. 17. Hec est vita eterna vt cognoscãt te. z sicut loquitur phus. 12. metha. intellectus actus est vita. z pari ratione actus voluntatis ẽ vita. vita ista non cadit sub necessitate excludente libertatem etiam in deo. si intelligatur vita pro vita naturali illius dei tunc nõ debet intelligi de illa vita fm se accepta: sed de ipsa vt a voluntate diuina acceptata. potest autem esse aliquid bene in se necessariuz z necessitate repugnante libertati quãuis tamen sit libere immo contingenter acceptatum. Exemplum. Si quis voluntarie se pcipitat z semper in cadendo illud velle cõtinuat necessario quidem cadit necessitate grauitatis naturalis. z tamen libere vult illum casum. ita deus licet necessario viuat vita naturali z hoc tali necessitate que excludit omnẽ libertatẽ tamẽ vult libere se viuere tali vita. igitur vitaz dei non ponimus sub necessitate intelligendo vitam vt a deo libera voluntate dilectam.

Deinde queritur. Utrum actus dilectionis naturalis: z actus dilectionis meritorie sint eiusdem speciei. ¶ Arguit qz nõ. qz illi actus differunt specie qui eliciunt a pncipijs diuersis spẽ. isti actus sunt huiusmodi. igit zc. Probatio maioris. nõ est minor differentia in pncipiatis qz in pncipijs imo maior. Probatio minoris. actꝰ dilectõnis naturalis elicitur a volũtate ꝓpria actione naturali ipius. Actus autẽ dilectõnis meritorie elicitur mediante habitu supnaturali puta charitate. nãle autẽ z supnaturale differunt specie. ¶ Contra. differentia specifica actuum precipue accipitur ex p se obiectis. nunc autem idem est per se obiectũ dilectõis

naturalis ⁊ meritorie. quia deus sb̄ rati one summi boni vtroq; actu oīl gitur.

Dic primo videndū est quid intelligendum sit per dilectionem naturalem 2° quid per dilectionem meritoriam. 3°. ex his inferī veritas quesiti.

De primo non in

telligitur hic dilectio naturalis illa iclīnatio nature ad bonū que est coeua ipsi natuē. immo forte non aliud ab ipa natura. quia queritur de actu elicito dilectionis naturalis. illa autem inclinatō n̄ est actus elicitus. ⁊ pro tanto posset dici dilectio habitualis. quia assimulat habitui in hoc q̄ est precedens actum ⁊ pmanens sine actu. Actus autem dilectionis naturalis de quo queritur possz vno modo intelligi actus elicitus fm illam inclinationem naturalem puta q̄n mens actu diligit se. vel actu vult sibi cōmodum. Alio modo posset intelligi actus naturalis dilectionis. distinguendo contra supernaturalem ille. s. quem voluntas ex se ipsa actu naturali potest habere. licet non sit fm inclinationez naturalem. sicut voluntas ex seipsa potest habere actum vicioſum tamē ille actus est preter naturam vel contra naturā. fm Dam̄. hoc 2° modo magis videtur intelligi. in. q. quia sic procedit pmum argumentum. tamē pmo modo intelligēdo dilectionem naturalez illa forte continetur sub dilectione naturali 2° modo accepta. saltem vt in pluribus. quia plurēs actus dilectionis ad quos naturaliter inclinamur possumus potestate naturali elicere licet non omnes. quia ad perfectissimum circa vltimum finem est inclinatio naturalis licet ad illum nō possit natura attingere ex se.

De secundo dico

q̄ actus meritorius est actus deo specialiter acceptus tanquā. s. cui gnus premio reddendo pro illo actu. specialiter dixi. quia omnia acceptat acceptatione generali diligendo ea fm bonitatem suam ⁊ ordinando ea ad seipsum vt ad finem sed actum meritorium specialiter accept tat in ordine ad aliquod bonū iuste reddendum pro eo. meritorium igitur addit supra actum duplicem relationem. vnam ad voluntatem vt acceptantem. ⁊ aliam ad illud bonum ad quod volūtas acceptans illud ordinat. ⁊ huic respectui 2° similis est illa que importatur in hoc quod est vti. vti. n. est obiectum volitum ordinare ad aliud vt ad finez. sic voluntas apud quam meretur quis actuz istum meritorium ordinat ad aliud vt ad premiuz. Neutra autem relatio importata per meritorium est realis. quia non competit actui ex natura alicuius realis in actu. sed tantum per actū volūtatis quo actus acceptatur. Non solum. n. intellectus potest comparare obiectum aliqua ꝓpatione q̄ non est ex nā rei. sed etiam volūtas potest hoc acceptando. sicut intellectus ꝓgnoscēdo ⁊ forte posse compare obiectū compatōne q̄ nō est ex natura obiecti ꝓpetit illis potētijs per ratōez ꝓmunē in eis scz ꝓpter imālitatem eaz Et si queras de cōpatione causata in obiectu per actū volūtatis an sit relatio ratōis pōt dici q̄ stricte accipiendo relatōem ratōis. s. ꝓ habitudine causata in obiecto p actum potis rationalis p essentiam. s. intellect⁹ nō est relatio ratōis. quia compatio ista immediate causat per voluntatē sic ipa immediate hz actū ꝓpatm̄. ⁊ tunc sequit q̄ sic stricte accipiēdo relationē ratōis non omis relatio ē realis vel ratōis. sed ē 3ª scz relatio volūtatis compatis. Alio° pōt intelligi relatio ratōis p q̄cunq; ꝓpatione facta p actum ptis ratōalis siue p essentiā siue p pticipatōez. ⁊ sic ista potest dici relo rōnis. Ulteri⁹ meritoriū ꝓnotat siue ēsi ꝓexigit in actu duplicem habitudinē eius ēt ad duplex ꝓncipiuz vna ē ad voluntatem vt libere elicientē

vel impantem actū. nihil. n. acceptat vt meritorū nisi sit libere in potestate opantis. imo illud qō est cōe ad meritū z demeritū qō potest intelligi per hoc qō est imputabile requrit istam habitudinez ad volūtatem vt in ptāte sua hītē actū nihil. n. imputat alicui nec vt pmiabile nec vt pūibile. nisi sit in potestate ei⁹: nec per psequēs vt laudabile vel vitupabile laus. n. quodāmodo premium ē. vitup⁹ium quidē pena. Alia hitudo requrit ip⁹ius actus ad formam supnālem q̄ acce⁹ptatur ipa pona vel potetia opans que ponit esse gra vel charitas. non. n. actus alicui⁹ acceptat vt dignus premio nisi p sona opans sit accepta. fm illō Gen. 4° Respexit deus ad Abel z ad munera ei⁹ pus ad Abel q̄ ad munera. quia nō placet oblatio nō dilecti. Unde sequit ibi ad Cayn vero z ad munera eius non respexit. Sed q̄lis requirit habitudo actus ad charitatem ad hoc vt sit meritorius dubium est. vī. n. q̄ sufficit charitatem inesse ipi opanti. q̄ exquo fm charitatem est spāliter dilectus act⁹ eius specialiter acceptabit. sicut videmus q̄ supplicatio vnius apud aliquē acceptatur z alterius non. licet inter eos nō sit dīa in aliquo quod sit pncipiū actiuū respectu actus supplicandi. sed tm̄ in hoc est dīa q̄ iste est specialiter dilectus ab illo qui rogat z iste non. Sed ptra h° arguitur. quia habens charitatē pōt peccare venialiter. Dicit q̄ ille actus nō est acceptabilis q̄ habet aliq̄d repugnans. sed ad h° q̄ actus aliq̄s nō hīs aliq̄d tale repugnans acceptet. sufficit solum pncipium acceptationis psone. Cōtra h videt esse q̄ ab hīte charitatem pōt aliquis act⁹ indifferēs elici. q̄ nō appaet repugnantia q̄ aliquē actū eliciat non ordinans actualiter ad finem vltimum vl virtualiter hoc est virtute alicuius act⁹ immediate ordinati ad illum. ille igitur non est meritorius. nec tamen est peccatum: quia nullo precepto astringit quis actualiter omez actū suum ordinare in deum vel virtualiter modo predicto. Potest igitur dici q̄ ad hoc q̄ actus sit meritorius non sufficit q̄ habeat secum charitatem inexistentez psone. sed vltra hoc requirit q̄ fm inclinationem charitatis inexistentis actus eliciatur. deus. n. qui se solum ꝓpter se ipm diligit potest aliquā formā deformem dare creature quam habēs spāliter diligatur. z opus eius ad quod ipsa inclinat ꝓ q̄to sit fm ipsius inclinationem specialiter acceptetur.

De tertio principali

pōt dici. q̄ actus dilectionis naturalis z meritorie nō differūt specie. z hoc loquendo de per se differentia quā important p se ratio naturalis. z rō meritorij nō autem p accidens de dīa scz aliqua pcomitante. puta dīa obiectoꝝ vel aliqua tali. intelligendo etiam de differentia actus specifica in esse natura. Hec pclusio sic intellecta. ꝓbatur sic. q̄ forma absoluta: nō distinguitur specie ab alia per solam relationem. sed p aliquā dīam absolutam eiusdem generis: fm illud in pdicamentis. diuersoꝝ generuz z nō sbalternatim positoꝝ diuerse sunt species z dīe. Absolutum igit non distinguitur specifice per aliquod respectiuū actus autem dilectionis est forma absoluta vt habitum ē ꝓius in quadam questione de hoc mota. meritorium autem vt iam dictū est nō importat nisi respectum. igit z cē Si istius rationis altera premissaꝝ negaret saltem anbe iste videntur vere. q̄ nō est distinctio specifica rei a re per solū respectū rationis vel nō realem. nunc autem meritorium vt dictū est nō importat formaliter nisi respectū vel respectus z non reales: puta ad voluntatem acceptantem. z ad premiuz in ordine ad illud ad quod acceptatur.

Diceretur q̄ vli iste rationes pcludant: q̄ non distinguitur actus ab actu in ge-

nere nature. tamen distingui potest i genere moris. quia illa distinctio sit p respectus cum circūstantie formaliter dicant respectus. ꝛ forte alique dicunt respectus nō reales sicut videt de circūstātia finis. nam ꝙ aliquis velit hūc actuz ꝓpter hūc finem nō videt dicere in actu nisi relationem voliti. ꝛ per actū voluntatis ad talem finez relati. ¶ Contra hº illud quod est ꝓpzium potētiale ad formam specificaz nō distinguitur specifice ab ipsa specie. quia ipm vt est potentiale nō est complete in aliqua specie. nunc aūt actus naturalis vt hic loquimur ē ꝓpzium potentiale. respectu illius quod dicit actus meritoziuz. quia actus ſb illa ratione ꝓsideratus sub qua est in potestate naturali voluntatis capax est ordinis illius quem importat meritoziuz Exemplum huj'. Si animal esset tantū ꝓstitutm per formā animalis ꝛ non per formam specificam ſb aiali. illud nō eēt distinctum specie ab aliqua spē ſb aiali. quia esset ꝓpzium potētiale respectu fōme specifice. ita est ò natura actus cōpata ad illas ꝓditiones quas importat meritoziuz. ¶ Dicerēt ꝙ tūc actus moralis posset dici distingui specie a meritorio in spē moris. quia iste actus est i spē virtutis moralis. actus autem meritoziº est in specie alteriue virtutis puta super naturalis. Iste aūt virtutes differūt specifice. igitur ꝛ actus differūt specie in genere moris ꝛ tamen ille qui est actus virtutis moralis est actus naturalis sic intelligendo ꝙ in naturali potestate volūtatis. quia actus virtutis moralis nō excedit totam potestatem illaz. ¶ Respōdeo. actus qui est complete circūstantiatus fm virtutem moralem est potentiale respectu virtutis quā dicit meritorium. immo est immediatius potentiale ꝙ actus naturalis. naturalis hoc ē nature nude vt presupponit virtuti morali. Est. n. rationabile vt actus mere nāliſ ꝓ prius recipiat pfectōem illam que nō transcendit totam facultatem nāe. cuius modi perfectio est fm virtutem moralē ꝛ vlterius illa habita recipiat perfectionem simpliciter supernaturalem. Non solum igitur de actu mere nāli vt. ſ. ꝓt est perfectione morali. sed etiam de actu perfecte morali ꝓcludit ratio prius facta scz ꝙ potētiale nō distinguitur specifice ab illo respectu cuius est potentiale. quia sub illa maioze potest accipi mi. vera. nō solum de actu mere naturali: sed de actu morali. ¶ Et cum arguitur ꝙ vtus moralis differt specie a charitate igitur actus differt specie ab actu i gnē moris. ꝓtia nō valet quando sūt virtutes ſbordinate. licet. n. de virtutibus dispatis videret ꝙ earum esset actus distincti specie saltem i esse moris. tamē qñ vna est superioz ꝛ alia inferioz nō oportet ꝙ bonitas quā habet actus ab vna sit distincta absolute specie a bonitate quam habet ab alia. sed magis ꝙ virtus superioz tribuat bonitatem vlteriozē que sit quasi completiua bonitatis illius quaz tribuit inferioz. Et hoc modo charitas dicit esse forma aliaꝝ virtutū. quia bonitas meritoria que competit actui aliq̄ modo a charitate est completia bonitatis cuiuscūq; alterius i actu. ¶ Contra hoc: saltem actº vt est charitatis siue meritoziuz. ly nō sit i specie dispata ab actu vt est virtº moralis erit tñ in spē vlterioꝛi ꝛ ꝓpletioꝛi ꝙ sit actus vñ moral'. Et talis distictio specifica sufficit ad ꝓpositum. ¶ Dic vnoº posset ꝓcedi cōclusio. ꝛ tūc dilectio meritoria diceret hꝛe quādam ratōez specificā quā nō habet aliq̄ dilectio nālis vñ naturalis. ly eadem dilectio nūero sit nālis ꝓsiderata vt pūsupposita ratōi meritorij. rō igit meritorij ē rō specifica ꝓpletiua bonitatis ꝓcedentꝫ nō aūt specifica dispata. nec plº ꝓbat me diū ꝓ' positū ò potētiali ꝓpo ꝛ pfectō e ꝓpria. ¶ Si aūt ustitia generalis ē vtus ꝓpma ꝛ forma aliaꝝ virtutū moraliū. tūc ò illa essz aliqº siſte ꝛ ò charitate

Aliter dicitur. q̄ ratio meritorū nō est aliqua ratio specifica ⁊ completia in genere moris. quia non dicit aliquā bonitatē vel rectitudinē intrinsecā actui. sz tantū illā psupponit. ⁊ dicit vlterius respectum ad voluntatē acceptantē. Sed si meritorū nō psupponat pcise bonitatem actus mozalem. sed bonitatē quaz tribuit charitas cum illa sit completior bonitate mozali in actu. sequit q̄ actus qui est meritorius habet aliquā bonitatem specificam vlteriorē q̄ bonitatē moralem. licet eni meritorū non importet talem bonitatem vlteriorem: tn̄ pexigit ⁊ hoc videtur probabile. quia als possz actus esse meritorius qui tamē nullam haberet bonitatem vltra bonitatē moralem. Contra hoc. actus potest hz etiam complete exns in spē moris lz nō habeatur habitus virtutis. sicut est generaliter de electione qua generat virt' mozalis. igitur a simili omnē bonitatē quā actus habebit quando charitas inerit habere posset si nō ineset. R° ratio probat. q̄ omnē illā rectitudinē posset habere. qz conformitatē eandē ad regulam puta dictamen verum. ⁊ ideo in mozalib' haberetur cadez bonitas moralis quia illa rectitudo est bonitas moralis. vel non est sine ea. sed actus charitatis vltra rectitudinē hoc est conformitatem sui ad cognitionē directiuā habz ꝓpriam bonitatem ex hoc q̄ est fm inclinationē charitatis. imo esse fm illaz inclinationem est habere ꝓpriam bonitatem charitatiuam non sic de virtutibus mozalibus. Contra conclusionē que tenetur in solutōne qōnis obȝcitur sic. cognitio naturalis de deo ⁊ cognitō fidei infuse sunt actus differētes specie i intellectu. igitur pari ratione dilectō naturalis ⁊ dilectio charitatiua in affectu añs ꝓbatur. quia actus fidei infuse ē determinate veridicus. ita q̄ non potest ei subesse falsum. actui autez credulitatis acquisite ex naturalibus potest subesse falsum. in cognitiuis autem illud quod est determinate veridicum distinguitur a non determinato veridico specie. vt pz 6°. ethi. quia sic suspitio ⁊ opinio q̄bus potest subesse falsum distinguit a virtutibus intellectualibus que sunt habitus determinate veridici. ꝓbatur etiaz añs de cognitōne naturali scientifica ō deo. de qua videtur manifeste q̄ differat spē a quacūq̄ credulitate. ꝓntia ꝓbatur tū per locum a simili. quia videtur esse simile de actibus in intellectu ⁊ de illis in voluntate. tum a causa. quia quādo cognitōnes pzeuie differunt specie. act' voluntatis sequētes differunt specie. quia ea que sunt eiusdem speciei nō pexigūt per se nisi aliqua eiusdem speciei. Ad illud añs potest negari loquēdo de actu credendi naturali ⁊ supernaturali. quia credere supernaturale est actus vt elicit fm inclinationē fidei infuse. credere autem naturale est actus elicitus fm certitudinem acceptam ab aliquo testificante. nunc autem vt dictum est ꝓius in q̄dam questione simul potest quis vno ⁊ eodem actu credere ex testimonio asserentis ⁊ credere fm inclinationem fidei infuse. si ineſt. igitur idem est actus in re ⁊ ille vt est naturalis est potentialis ad illam perfectōnem quā recipit a fide infusa. ꝓpium autem potentiale non distinguitur specie a perfecto habente vltra illud potentiale ꝓpriam perfectōez. Ad ꝓbationē añs potest dici q̄ cognitio certa que habet ꝓpriaz certitudinem intrinsecā. ⁊ hoc vel a se vel ab obiecto vt includit in ipa. vel ab aliqua p se causa: distinguit specie ab icerta cognitione. Exm cognitio ꝓncipij scipsa est certa vel ab obiecto. s. a principio qō est a se verum manifestum. vl saltem ē manifestum ex terminis qui sunt per se cāe euidentie ꝓncipij ⁊ includuntur in ipso conclusio autem est certa per principiuz tanq̄ per causam sue certitudinis. sed p nullum istoz modoz est actus fidei in-

fuse certus. sed tantūmodo a quodā extrinseco. illud enim lumen fidei infuse. quia est participatio quedam lumis diuini non potest inclinare intellectū nisi i aliquod determinate verum. certitudo ergo illa in actu est ex quadam comparatione ad quoddam extrinsecum infallibile cui actus ille conformatur. nō est autem ex ipa intrinseca perfectōe actus quia eque perfectus esset ꝯtum ad q̄dlibet intrinsecum sibi si eque intense eliceretur. p̄cipue fm fidem acquisitā. ¶ Contra. saltem istam certitudinem habet a per se causa sua. ⁊ hoc sufficit. ℟. qualiscunq; sit causalitas fidei infuse respectu actus credendi: tamē nō facit actum illum esse certiorem intellectui habenti actum ꝯ si ipsa fides non causaret. certitudo eni nata est inesse intellectui de actu suo excludens non tantū deceptionē sed etiam dubitationem. ⁊ hoc non est nisi intellectus percipiat illud a quo actus habet ꝙ sit certus. quia si nihil pōt percipere vnde sit certus: videtur ꝙ possit dubitare. intellectus autem non percipit illud p̄incipium certificans. ¶ Alia probatio añtis que tangit de actu scientifico videtur accipere manifeste verum ⁊ tunc neganda est p̃tia. non enim seqūtur si intellectōes distinguātur specie. igitur ⁊ volitiones nisi addatur in añte ꝙ intellectōes vt sunt per se p̄euie ad volitiones distinguuntur specie. hoc est ꝙ requirat in eis distinctio specifica ad hoc vt possent habere tales volitiones ⁊ ita non est in proposito. quia si q̄s naturali rōne sciens deum esse bonum eliciat actum fruitōnis circa ip̄m. ⁊ alī credens ip̄m esse bonum diligat ip̄m. nec p̄mus actus requirit̄ per se ad habendū dilectionē vt scientificus: nec 2ⁿ vt creditiuus. sed vterq; requiritur sub quadaz rōne cōmuni. s. vt ostensiuus obiecti diligibilis. ¶ Consimiliter etiam possz dici ad aliaz ꝓbationem añtis de credulitate infusa ⁊ acquisita. esto ꝙ illi actus different specie hoc non est per se inquātum sunt p̄euꝫ ad diligere. hoc est inq̄ntum p̄cedunt ipsos actus diligendi nō requiritur illa differentia istoz specifica. Ex⁹. si alicui demonstratiue concluderetur hoc esse volendum ⁊ alteri dialetice: tamē actus quo iste vellet hoc nō differt specie ab actu quo ille vellet idē. quia in cognitōnibus inquantū sunt p̄uie non requiritur ista differētia. ¶ Ad argumentū p̄ncipale dicitur. ꝙ habitus est causa non substantie actus sed modi in actu. ⁊ ille modus posset concedi differre specie suo modo a substātia actus Ista rep̄sio licet videatur fm aliquos ꝓbabilitatem habere loquendo de illo modo quem habitus attribuit actui cuiusmodi est delectabiliter vel facilit̄ vel ꝓmpte operari vel expedite. istos q̄dez modos vel etiam istum modum si sint vnus modus videtur habitus acquisit⁹ cōmuniter tribuere actui. vel si vltra h⁹ dicatur ꝙ habitus aliquis puta virtus virtuosis tribuit recte vel virtuose agē. tamen nullus istoz modoz potest eē ꝓprius charitati vel actui meritorio. qz meritorium vt dictum est dicit actū acceptatum voluntati diuine in ordie ad p̄mium reddendum. nunc autez nihil aliud est actum acceptari a volūtate diuina sic: ꝙ voluntatez sic acceptare actū nihil autem causatum potest esse rō formalis voluntati. quia sic acceptet actuz ⁊ hoc intelligendo vt rō formalis medians inter potentiam ⁊ actum. igitur de charitate non videtur posse dici ꝙ ipsa sit p̄incipium illius modi in actu q̄ modus sibi ꝓprie correspondet. ¶ Potest igitur aliter dici ad argumentū. ꝙ malla ꝙ actus illi differunt specie qui eliciuntur a p̄incipijs differentibus spē vera est de p̄incipijs totalibus. quia ab illis habent totaliter actus entitatem suam ⁊ per consequēs vnitatē suaz ⁊ distinctionem. vera est etiaz de p̄incipijs partialibus: dum tñ sunt p̄ncipia disparata ⁊

per se requisita inquantū distincta. q2 si sint subordinata vel non per se requira tur q̄ sint distincta. non oportet q̄ act⁹ specie distinguant nunc autem charitas non est principium totale actus nec dis paratum respectu ipius voluntatis sed subordinatum. quia potentie est vti ha bitu non ecouerso. nec est per se requisi ta non solum ad substantiam actus. sed nec ad actum inquantū meritorius. sed tantū requiritur vt quoddam preuiuz ad hoc q̄ actus sit acceptabilis. Sz nec requiritur vt tale preuiuz necessitate or dinis essentialis causarum. sed tantum necessitate dispositionis illius volunta tis que contingenter disposuit non acce ptare actum nisi fm istam inclinationē sit elicitus. principium autem specie di stinguens vel est per se principium illius in se. ⁊ per consequens dans sibi aliquā entitatem realē que sit eius in se. vel sal tem est principiuz eius fm illud fm qō distinguitur specie. vel si est principium dispositiue distinguens oportz q̄ per se disponat ad hoc q̄ fm ordinem essenti alem causarum hoc vt distinctum cau setur. nullum istorum competit actui p habitum charitatis. ¶ Nota hic per or dinez quis sit actus imputabilis ad lau dem vel vituperiū actus virtuosus fm virtutem moralem. actus charitatiuus ⁊ actus meritorius. pmus dicit respectū ad potentiā libere elicientem actum. 2ª dicit respectū ad virtutē inclinantē vel verius ad regulam virtutis. s. rationem rectam vt dictantem. 3ª dicit respectum ad charitatem inclinantem. 4ª ad volū tatem diuinam specialiter acceptantem 3ª dicit bonitatem aliquam vltra 2ᵐ. et p̄actam ad 4ᵐ. nō ex natura rei. sz ex dispositione voluntatis acceptantis.

Deinde queri tur de comparatione actus intrinseci voluntatis ad ac tum extrinsecum. ¶ Utr actus exterior addat aliquid bonitatis vel malicie ad actum interiorem. Argu itur q̄ non. quia quod nō habet rōnem voluntarij non habet rationē boni vel mali. actus autem exterior vt distinctus ab interiori non habet rōnem volunta rij. q2 non habet q̄ sit voluntarius nisi ab actu interiori. igitur actus exterior fm se non habet bonitatem vel mali ciam. non adderet autem nisi tale aliqd fm se haberet. igitur ꝛc. ¶ Contra que preceptis negatiuis distinctis ꝓhibetur habent ꝑpriam ⁊ distinctam rōnem il liciti. nunc autez alio ꝓcepto ꝓhibetur actus exterior ⁊ alio interior. vt patet ō istis ꝓceptis. nō mechaberis. ⁊ nō cōcu pisces vxorem ꝛc. ⁊ similiter de istis pre ceptis. non furtū facies. ⁊ non concupi sces rem ꝓximi ꝛc. ¶ Jsta questio habet maiorem difficultatem de bonitate act⁹ morali. quia de vnitate actus naturali manifestum videtur quicquid per illaz intelligatur q̄ ipsa est alia ⁊ alia alteri⁹ nature. patet autē q̄ alia est natura act⁹ interioris ⁊ exterioris. imo isti actus eli ciuntur immediate a diuersis potētijs interior a voluntate. exterior a potentia aliqua exteriori. licet per imperium vo luntatis. 2° etiam habet difficultatem intelligendo de actu illo ⁊ isto non quā do sunt diuersi siue in diuersis suppositis. puta si vnus habeat actum interio rem ⁊ alius exteriorem. siue in eodē sup posito. puta si vnus nūc solum habeat interiorem ⁊ alius exteriorem. Sed dif ficultatem habet de actibus istis quādo sunt coniuncti. puta quando in eodem ex actu interiori sequitur actus exterior ¶ 3°. non est intelligenda questio de ad ditione bonitatis ⁊ malicie fm intensio nem sed fm extensionem. frequenter q̄ dem euenit q̄ tā in bonis q̄ in malis ac tus desiderij qui est respectu absētis est remissior actu illo qui est presentis. quā Aug⁹. vocat amorē. 9°. de tri. vlti. dicēs q̄ appetitus inhiantis fit amor fruentis

Et forte nō tantū est actus intensior circa obiectū p̄sens q̄ circa absens: sed simpliciter alius actus sed siue sit idem actꝰ desiderij ⁊ amoris siue alius ⁊ alius. Saltem actus amoris est perfectior intēsiue quietat enim voluntatez eo modo quo actus desiderij non potest eam q̄etare. quādo igit exterior habet tunc vel causaliter vel occasionaliter actus interior intendit. Sed de hoc nō queritur. ſz an actus exterior ex se addat bonitatē aliā illi que est in actu interiori. ¶ Est igitur intellectus questionis iste in quo p̄cipuam habet difficultatem. an actus exteri or quādo in eodem est coniunctus interiori habeat bonitatē moralem ꝑprijz distinctam a bonitate actus interioris. Ubi sunt tria videnda. ꝑmo a quo actꝰ habeat bonitatē moralem vel maliciā. 2°. an ab eodem habeat q̄ sit laudabile vel vituperabile siue culpabile. 3° si est alia bonitas vel laudabilitas in actu exteriori q̄ interiori.

De ꝑmo bonitas

moralis actus est integritas eorum oiuz que recta rō operantis iudicat debē ipsi actui conuenire vel ipsi agenti in suo actu conuenire. ¶ Hec descriptio declarat Sicut enim bonitas primaria entis que est integritas entis in se importat positiue negationem imperfectōnis per quod excluditur imperfectio ⁊ diminutio. sic bonitas entis secundaria que est accīa lis siue superueniēs entitati est integritas conueniētie vel integra cōuenientia eiuſ alteri cui debet cōuenire vel alterius ſi bi. ⁊ iste due conuenientie communiter sunt connexe. Exemplum ꝑmi. sanitas dicitur bona homini. quia sibi conueniens. ⁊ cibus dicitur bonus quia habz sapozem sibi conuenientē. Exemplū vtriusq̄ potest haberi ab Aug̃. 8. de tri. c. 3. vel. 8. Bona inquit valitudo sine doloribus ⁊ lassitudine hoc ꝑ ꝑmo mēbeo. quia valitudo est bona homini. quia ē el conueniens. Et subdit Aug̃. ⁊ bona facies homis dimensa pulr ⁊ affecta hylariter ⁊ luculente colozata. hoc ꝑto 2° membzo. quia talis facies dicitur bona habendo illa que sibi conueniunt. et est differentia. quia illud quidem quod est conueniens alicui dicitur ei bonuz. hoc est illi perfectio vel bonitas. sed nō dicit denominatiue vel accidentaliter bonuz in se illud autem cui aliquid cōuenit dicitur denominatiue bonum eo q̄ habz illud quod sibi conuenit. ⁊ in ꝑmo ē denominatō quasi fozme a subiecto. sicut anima dicit humana sic aliq̄d dicit bonum homi quia bonum humanuz. sed in 2°. ecōuerso est denominatio subiecti a fozma. cum dicit homo est bonus fm illud bonū suū. actus aūt natus est conuenire agenti ⁊ etiā habere aliquā cōditionez sibi conuenientē. vtroq̄ igit mō habens illam potest dici bonus bonitate accidentali. ⁊ hoc verum est generaliꝛ de actu etiā naturali. ⁊ per ꝑns bonitaſ ista in habendo illud quod sibi cōuenit nō tantū est bonitas accidētalis sed naturalis. ¶ Jsta conueniētia vel est a nā extremoꝝ vel si debeat reduci ad iudicium alicuius intellectus cum intellectus sit mensura conuenientie hoc est ad iudicium illius intellectus qui est mēsura totius nature qui est intellectus diuinꝰ. Jste quidem sicut pfecte cognoscit q̄cūq̄ ens ita pfecte cognoscit conueniētiā vel disconuenientia vniꝰ entis ad alterꝝ Ulterius aliquod agens de eo q̄ cōuenit actui suo nō iudicat. nec illud in potestate sua habet sic est agēs sine intellectu ⁊ volūtate. ⁊ ibi vl ex solis causis merenālibus determinat q̄d ꝓueniat actui ⁊ ex eis inclinat agens ad agendū. vel si vltra illud sit iudiciū alicuiꝰ itellectꝰ. et motio alicuiꝰ volūtatꝰ hꝰ ñ est nisi ipiꝰ dei inq̄tū ē vltis directoz totiꝰ nāe. ⁊ ista bonitas in actu agētis sine intellectu nō erit nisi mere naturalis. ¶ Aliud ē agēs quod de conuenientia sui actus iudicat

